Digitized by Google

PTOLOM
GEOGR

Cc
10
8

V
6
4

NAZIONALE
BIBLIOTECA
RC
CENTRALE
ROMA

RE 434

GEOGRA PHIAE

CLAVDII PTOLEMÆI ALEXANDRINI, PHILOSOPHI AC MATHEMATICI PRÆSTĀTISSIMI

Claudii Ptolemæi Alexandrini, Philoſophi ac Mathematici præſtātiſſimi, Libri VIII, partim à Bilibaldo Pirckheymero tranſlati ac commentario illuſtrati, partim etiam Græcorum antiquiſſimorumq́ exemplariorum collatione emendati atque in integrum reſtituti.

HIS ACCESSERVNT,

Scholia, quibus exoleta locorum omnium nomina in Ptolemæi libris ad noſtri ſeculi morem exponuntur.

Indices duo hactenus à multis deſiderati, quorū adminiculo, ueterum ſimul ac recentiorum locorum (utpote regionum, marium, inſularum, promontorium, montium, fluminorum, urbium, &c.) ſitus, facillima ratione in tabulis depictis deprehendūtur, CONRADI LYCOSTHENIS Rubeaquēſis opera adiecti.

Quibus præfixa eſt epiſtola in qua de utilitate tabularum Geographicarum ac duplicis indicis uſu latè diſſeritur.

Tabulæ nouæ quæ hactenus in nulla Ptolemaica editione uiſæ ſunt, per [illegible].

Geographicę deſcriptionis compendium, in quo uarij gentium ac regionum ritus, mores atq́ conſuetudines per eundem explicantur.

Baſileæ ex Officina
Henrichi Petri
Mense Martio
Anno M·D·LII

Cum Regiæ Maieſtatis Gratia & Priuilegio ad ſexennium.

PTOLEMAEVS

ASTRONOMORVM PRINCEPS, DILIGENtiſſimus ſcrutator & obſeruator motuum cœleſtium, uixit in Aegypto, tempore Adriani Imperatoris.



FVERVNT hactenus quidã, qui putauerũt Ptolemæum huius libri autorem alium fuiſſe ab eo, qui ſcripſit Almageſtũ, ſed hi deprehenduntur errare, quum in Almageſto aliquando, licet raro, hunc Coſmographicum citet librum, præſertim libro ſecundo capite ultimo, ubi ſic ſcribit: Sed negotio iam de angulis abſoluto, ſequeretur ut diſtantias illuſtrium urbium ſecundũ longitudinem ac latitudinem ad apparentia computaremus, ſed hoc negocium quum per ſe præcipuum ſit, & Geographicæ rationi cõnectatur, ſolum id atq; ſeorſum ante oculos ponemus, &c.

ASTRONOMICAE

ATQVE COELESTIS PHILOSOPHIAE INGEniosis ſcrutatoribus, Sebaſtianus M[illegible]nſteru[illegible] [illegible]dem facultatis diſcipulus [illegible] D.

NOSTIS æquiſsimi lectores, nō temere factum, ut omniū rerum opifex cœlum & terrā tam luculenter hominū oculis contuenda expoſuerit, imò oculos & caput hominis ſic cōtra hoc admirandum ſpectaculum conſtituit & in ſublime collocauit, ut nihil aliud quàm hæc magnifica dei opera, potentiā & ſapiētiam eius in hac ipſa machina cœli & terræ conſpiceret. Cœli etenim enarrant gloriā dei & opera manuū eius annunciat firmamentum: Et inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt intellecta cōſpiciuntur. Quòd ſi ea magna et admirāda ſunt, quæ propter corpora noſtra breui moritura facta ſunt, qualia & quanta putamus ea futura, quę parata ſunt diligētibus deū & cōmoraturis cum eo in ſecula ſeculorū? Ibi inquit Iſaias, non erit amplius ſol qui præſit diei, & ſplendor lunæ qui illuſtret noctem, quin magis dominus ipſe erit in lucē perpetuā. Sed uæ hominū cæcitati: qui cū oculos habeāt, nihil uident, palpantes quaſi cæci in pariete, & impingentes in meridie quaſi in tenebris, ponentes tenebras lucē & lucem tenebras. Cœlum & terra & omnia quæ ſunt in eis, ſpecula ſunt creatorē ipſum homini repręſentantia, inuitantiaq; ad eius cognitionē, & id non ſpecie aut operatione una, ne uel ſic faſtidiū aliquod & ſatietatē parerent cōtemplantibus ſe ullam, ſed nouis aſsidue uicibus animū hominis iucundiſsime ad laudem cōditoris ceu uoce quadam prouocātia. Sic enim alia aliaq; quotidie ſydera occidūt & oriūtur, noctis dieiq; alia quotidie magnitudo, caloris & frigoris alia quotidie uis, uentorū & uaporū ex terra aſcendentiū alia quotidie in aëre operatio, alia quotidie ſeneſcentis aut reiuueneſcentis anni forma, & ut in ſumma dicam quādiu cœlū iſtud ſuum tenuerit motum, inferioris mūdi curſus & quotidiana mutatio nūquam ceſſabunt. Hæc autē omnia eò tendūt, ut in hiſce iucūdis uarietatibus & uiciſsitudinibus, ceu ſtimulis quibuſdam hominis animus iugiter excitetur ad dei & omniū rerum cōditoris laudem. Et qui his beneficijs non cōmouetur, is abutitur dei creaturis, & ambulat ueluti ſurdus & cæcus in hoc mūdo. Legat quiſquis dei amicus eſſe deſiderat, pſalmū 104. & inueniet quomodo illa creaturarū mira uarietas, officiū et miniſteriū indefeſſum atq; diuerſa actio, prophetæ animū rapuerit ad benedicendū deū, excitauerit q; ut in hanc proruperit laudis uocem: Quā multa ſunt opera tua domine, omnia feciſti in ſapientia, plena eſt terra poſſeſsione tua. Mare ipſum quàm magnū eſt, quamq; latum comprehendit ſpaciū? En in eo ſunt animalia abſq; numero, parua & magna, & tranſeūt naues per ipſum, &c. Oſtendit hic Pſalmus in quantā admirationē duxerit uirum ſanctum naturæ ipſius cōſideratio, quæ tantā in mundo & partibus eius fecit uarietatem. In terrā produxit montes, cōualles, flumina, cāpos, arbores, herbas, frumēta, legumina, poma, piſces, aues, bruta, inſecta, conchas, marmora, gēmas, lapides, metalla, homines, &c. & in his diuerſas formas, ſpecies, coloresq; innumerabiles excogitauit ac effinxit. Et inter hæc quædam ſunt, quæ homini proſunt, alia nocent, alia ſunt quę delectant & alia quæ moleſta ſunt. Sed ſocordia & ignauia hominum accidit ut facies illa naturæ apud mortales nequicq; admirationis habet, cū pauci ſint, qui uel maieſtate eius ſumma uel uarietate mirabili excitentur. Contra quod malum prouidentia dei homines quoſdam ingenioſos ſuſcitauit, qui imperitis & oſcitantibus iſtis uim naturæ eruerent, & per eam opificis admonerent, inter quos alij alias naturæ tractauerunt partes, ſed nemo propius acceſſit & plus autoritatis ſibi conciliauit quàm hi, qui cœli & terræ ſitum deſcripſerunt. Et quanquam plurimi fuerunt qui id conati ſunt, nemo tamen perfectius excellentiusq; hāc inacceſſam naturæ attigit partem quàm Ptolemæus. Hic enim mente in cœlū conſcendens, & omnes mo

tuum eius rationes obſeruãs, & quæ humani ingenij uires ferè excedunt inueſtigãs, tam abſtruſa & arcana, ſublimiaq́; de planetarum, octauæ & nonæ ſphæræ motibus adinuenit, ut uere pro miraculo habendum ſit, hominis imbecillitatẽ eò perueniſſe. Et niſi hæc omnia euidẽtibus demonſtrationibus & certis futuris euẽtibus comprobarẽtur, nempe luminarium & planetarum coniunctionibus, oppoſitionibus & obſcurationibus nemo nõ pro cõmento haberet, tot & tam uarios ponere progreſſionis, remiſſionis, retrogradationis, trepidationis, deuiationis, inclinationis & reflexionis motus, quibus cœlorũ inæqualis ſaluatur agitatio. Inæqualẽ agitationem uoco ecentricorũ orbium reuolutionem, quæ reſpectu proprij centri regularis eſt, & reſpectu centri mundi irregularis. Porrò ubi hæc ſuperioris orbis inacceſſa pars luſtrata & numeris ſuis ſignata comprehenſaq́; fuit, facile licuit deinde correſpõdentem & cõcentricam terram eiſdem illis cœleſtibus cancellare lineis & circulis, & ex recta obliquaq́; horizontis & æquatoris interſectione & poli diuerſa altitudine deſignare climata, parallelos, latitudines & longitudines, atq; eiſdem inſcribere cognitas terras, montes, flumina, maria, inſulas, urbes, caſtella, ſolitudines & reliqua id genus, quæ in ſuperficie terræ & marium eminent. Et hic quidem Ptolemæus noſter ſuper omnes mortales egregie ſuum exercuit ingeniũ, ſed nõ potuit tam feliciter eam abſoluere partẽ ut priorẽ. Nã cõſtituto eo in uno terræ loco, potuit omnes cœli obſeruare partes propter cõtinuum eius motũ (partes poli Antarctici nobis perpetuo in his regionibus deſidentes hic non comprehendimus) non autem ſic licuit contueri terram, nec uni homini ſufficiunt uires & anni ad peruagandum uniuerſam terrã. Hinc itaq́; eſt, quod Ptolemæus terras quaſdam ab oriente & meridie atque Septentrione incognitas dimiſit intactas, & plurimas, quas ipſe non uiderat, ex aliorum relatione utcunque deſcripſit. Fuerunt & ſuo tempore quædam terræ non admodum cultæ nec ab exteris nationibus frequẽtatæ, id quod de Germania, Polonia, Moſcouia, &c. patet, & idcirco non potuerũt diligenter luſtrari & ad amuſſim deſcribi. At cum hodie nullus terræ angulus non ſit ab hominibus penetratus, per nouas regionum deſcriptiões facile licuit ſarcire, quicquid Ptolemaicis antea defuit tabulis. Celebratur toto orbe terrarum Alexander magnus, quòd primus ferè penetrarit Orientem, non nauigio ſed pedeſtri ac tutiori itinere in illum deductus. Sed parua erit illius laus, ſi comparetur uiris illis, qui noſtro æuo maria etiam incõperta ſulcare tentarunt, & Occidentem ſua exploratione aperuerunt, innumeras inſulas, hominibus & opibus plenas, in uaſtiſſimo mari adinueniẽtes, de quibus hactenus nemini mortaliũ quicquã conſtitit à duobus millibus annorũ & ſuprà, niſi fortaſſis Indis orientalioribus & uicinioribus cõpertæ fuerint illorum hominum habitationes. Certè noſtro & maiorum noſtrorum æuo nemo inter doctos non putabat totam aquarum uim à principio creationis in illud pelagus reiectã, & aquam ipſam illic in magnam coaceruatam molem, ut poſſibile non fuerit ibi aridam quoquo modo apparere, ſed falſi ſunt omnes, qui in hac fuere ſententia, cum nullibi non in mari emineant inſulæ, ſiue ad occidẽtem iteris ſiue ad orientem, ſiue meridiem, ſiue ſeptentrionẽ. Quantum uerò attinet ad Continentem, multi paſſim in diuerſis orbis partibus prodierunt uiri, qui regiones & terras ſuas diligentiſſime conſcripſerunt, aut ſuppetias illis tulerunt, qui deſcriptiones huiuſmodi moliti ſunt, quorum nomina hic libenter recenſerem & debito proſequerer honore, ſi ea omnia mihi conſtarent. Proinde uiri quorum opera ego in nouis meis tabulis uſus ſum, hi ſunt. In deſcriptione Galliæ conſului Orontij excellentis mathematici topographiam. In tabula Noruegiæ, Sueciæ, Gothiæ, &c. uſus ſum opera præſtantis uiri Iacobi Ziegleri, quem & pro magna parte imitatus ſum in deſcriptione terræ ſanctæ. Vſus ſum & in hac poſteriori editione pro regionibus Septentrionalibus, puta Scandia, Dania, Suecia, &c. Olao Magno Gotho, qui natus ex regionibus illis plurimum illuſtrauit Septentrionem ipſum. Heluetiam & Rhetiam iampridem miniſtrauit eximius uir Aegidius Tſchudus. Alſatiam & Briſgoiam ego obſeruaui, uſus tamen in quibuſdam conſi-


lio &

tio & ſubſidio ornatiſſimi uiri Beati Rhenani. Alias Rheni tabulas ego quoq; deſcripſi, ſed cui non uulgares ſuppetias tulit illuſtriſſimus princeps D. Ioannes Palatinus Rheni, dux Bauariæ & comes Sponheimẽſis, omnium bonorum ſtudiorum amator & ſtudioſorum ſingularis patronus, qui mirabili ſuo ingenio deſcripſit Vaſtum regnum & Hunorum ſtationem, uulgò Huneſruck dictã. Angli quoq; & Poloni ſua ſuppeditarũt regna. Frãconiam à Sebaſtiano Rotenhan nobili uiro deſcriptam, ego mea peregrinatione nõnihil auxi. Idem feci in Bauaria, quamprimum Iohannes Auentinus omnis uetuſtatis Germanicæ amator deſcripſit. Sueuiã uero, fontes Danubij & Nigram ſyluam ego mea luſtratione & obſeruatione in tabulam coẽgi. Porrò lacum Podamicum exhibuerunt Conſtantienſes, nempe inſignes uiri Ioannes Zuickius & Thomas Blaurerus. Appendicem geographicã à fine adiectã, ego ex multis conflaui Hiſtoricis atque Coſmographis, oſtendens, qua quæuis terra prædita ſit uirtute, quid potiſſimum producat, quæ nutriat animalia, quos & quales contineat homines, &c. Sed redeo ad Ptolemæum. Fuit hic Claudius Ptolemæus Alexandrinus, græcas doctus literas, philoſophus, aſtrologus & inſignis mathematicus, florens ſub Traiano, Adriano & Antonio Pio Cæſaribus, poſterior Strabone, Plinio & Pomponio Mela, ſed qui illos & priores in Geographico artificio facile ſuperauit. Hunc nouiſſimis temporibus duo uiri auſi ſunt uertere in linguam latinam, nempe Iacobus Angelus Florentinus & Iohannes Vernherus Norenbergẽſis. Prior licet calluerit græcam linguam, defuit tamen ei mathematica diſciplina, & cõtrà poſterior tametſi in matheſi admodum excelluerit, deſtitutus tamẽ fuit græcarum literarũ cognitionè. Superueniens ergo noſtra ætate Bilibaldus Pirckeymherus Norenbergenſis, qui mathematicam, græcis iunxit literis, & aggreſſus autorem ipſum in ſuo fonte, quoad potuit fideliter uertit, dilucidioremque nobis tradidit. Et quoniam in græco exemplari temporis ſucceſſu multa quoq; deprauata fuerunt, quę haudquaquam unico reſtitui poterant momento, multa fugerunt hunc bonũ uirum, quæ poſt eum deprehendit oculatiſſimus Michaël Villanouanus, qui non pœnitendas uigilias locauit in Ptolemęũ emendando corrupta, explicando retruſa, & ſcholijs illuſtrando obſcuriora. Nos autem utrunque ſecuti, & Pirckeymheri amplexati ſumus uerſionem & Michaëlis nõ reſpuimus uulgares interpretationes, adiectaq; ſcholia. Et ne inter Ptolemæi ſcriptum & inſertas annotationes cõfuſio aliqua eſſet, duplici uſi ſumus charactere, uno, craſſiori ſcilicet, autorem & altero ſcholia exprimentes. Primũ librum ſuccincto illuſtrauimus cõmentario, quod pro magna parte ex Vernhero accepimus, idquod ſubticere noluimus, ne aliorũ inuentis uideamur nos honeſtare & his nobis nomen parare. In alijs libris graduum fractiones in minuta commutauimus duplici pũcto longitudinem à latitudine diſtinguẽtes. Cæterum quod non omnibus tabulis in margine parallelos, climata & longitudines dierum adſcripſimus, præſertim primis, id nullo alio conſilio factũ exiſtimes, quàm quod ſufficere putauimus figurã illam parallelorũ, quam capite 23. primi libri poſuimus. Ibi enim è regione graduum latitudinis inuenies ſignata ad læuam climata, & ad dextram parallelos atque longitudines dierum. Sic ne eadem bis poneremus, reſecuimus quædam ueluti parerga ab octauo libro, quæ ſcilicet poſt ſecundum caput de omnibus Europæ, Africæ & Aſiæ tabulis ſcribũtur, breuiſſimis & miro compendio coordinatis figuris ea explicantes ſub exterioribus ſingularum Ptolemaicarum tabularum titulis. In ipſis autem tabulis ſuo quoq; loco ſignauimus mõtes, flumina, inſula, promontoria, inſigniores populos atq; celebriores ciuitates. Celebriores dico, quia anguſtia loci plerũq; nõ admiſit omniũ locorũ aut etiã populorũ inſcriptionem. Ne tamen quicquã deeſſet tabulis, cõſtrinximus ſimul omiſſa nomina in quadrilaterũ unum aut duo, iuxta exigentiam multorũ aut paucorum intermiſſorũ nominum. Quorum radices ſi habere libeat, facile in præcedentibus inuenientur libris. Quod præterea præſtiterimus in ipſo Ptolemaico contextu, con ferentes illum cum græco exemplari & Vlmenſi æditione, quæ in calculo & locorum nominibus omni

bus poſterioribus æditionibus purior & incorruptior eſt, aliorum eſto iudicium. Et quoniã nihil ex omni parte perfectum in rebus humanis reperiri poteſt, nõ dubium quin ſuperuenturi ſint, qui & alias mendas, quæ nos fugerunt, deprehẽdent, & hos in præſentiarum rogo, ut ſi quid in hac æditione corruptum inuenerint, candide illud emendent ac benigne corrigant, memores, in tanta exemplariũ uarietate nõ potuiſſe omnia tam ſubito reſtitui in ſuũ nitorem. Hactenus de Ptolemæo. Nunc ad uos redeo cãdidi lectores, & hunc tam multarũ terrarũ regionumq; librũ uobis propenſius cõmendo, cuius lectione & inſectione animi leuetis tædium. Habet enim Geographia prę ter eam commoditatẽ, qua hominem habiliorẽ reddit ad uniuerſam rem literariã tractandã, mirabilem quandam recreandi uim, ut domi ſedentes, diſcamus terrarum ſitum, mariũ flexus, amnium decurſus, montiũ tractus, ciuitatum populorumq; ritus & mores, animalium deniq; effigies, naturam & diſcrimina, tanquã præſentes omnia contemplaremur. Legimus quoſdam magnos uiros olim incredibili accenſos cupiditate uiſendorum locorũ ueterum fama celebrium, atq; ob id nullas cunctantes expenſas, peragraſſe uarias terras, hic ut contemplaretur fontes Danubij, iſte ut uideret Græciã, ille autem Aegyptũ cerneret, &c. Quod cum nos hodie facere nequeamus ob catholicæ fidei hoſtes, qui maiorem terræ occupant partem, domi in ocio manentes, & magnos labores itinerumq; pericula uitantes, picturæ fide prę ſcripta, omnem terræ habitudinem ſpectare poſſumus, menteq; ab una in aliam tranſire regionẽ, & plerũq; abſentes plura uidere in aliqua regione, quàm qui præſentes in ea fuerũt. Multò enim latius circũſpicit mentis quàm corporis oculus. Boni itaq; cõſulite hanc meã operã optimi lectores, & ſi quippiam à me perperam dictum uel ſcriptũ in hoc libro eſt, cenſores eſtote Chriſtiani uel ſaltem humani, non iniqui. Nemo in hoc mũdo omnia uidere & ſcire poteſt. Cęcutimus non raro in his, quæ etiam nobis apertiſſima eſſe uidentur, oculiſq; ipſis expoſita. Atq; hic, ut idem repetam, nemo mortaliũ eſt tam oculatus & circũſpectus, qui non aliquando hallucinetur, impingatq;. En Ptolemæus hic noſter, ingenio ſuo facilè ſuperauit omnes Aſtronomos, nec unquã ei ſimilis aliquis emerſit, ſiue Aſtronomiã eius conſideres ſiue Coſmographiã, & tamen in utroq; opere lapſus deprehenditur. In aſtrorũ canonibus noſtris tẽporibus hic error ſeſe inſinuat, quod radices motuum cœleſtium non ſint exactiſſime ab eo aut alijs Aſtronomis, quos ille ſecutus eſt, aut qui illum ſecuti ſunt, deſignatæ, id quod citra ultra controuerſiã manifeſtant eclipſes, tam ſolares quàm lunares, quæ hodie calculum præcedunt quadraginta aut quinquaginta minutis: tantundem per conſequẽns omnes coniunctiones & oppoſitiones luminarium deuiant à uero. Nec hactenus aliquis in tanto numero Mathematicorum, quos hodie habet orbis, extitit qui hunc craſſiſſimũ aduerterit aut ſaltem notauerit errorem. Debuerant hic cæteris diligentiores eſſe natiuitatũ iudices, ne tam fallaci niterentur fundamento. Fuit hic error tempore Ptolemæi imperceptilis, cum canones & radices ab eo conderẽtur: at per tot annorum curricula ſenſibilis factus eſt, quandoquidem unum quartum aut quintũ tandem parturiat unum minutum, & ex multis minus confletur una hora. Sed hunc errorem alijs me doctioribus in mathematica excutiendum & caſtigandũ relinquo. Satis me feciſſe arbitror, publicaſſe errorẽ. Cæterum quàm hic noſter Ptolemæus in ciuitatũ regionumq; latitudinibus à uero aberrauerit, nemo eſt, qui modo ſciat quid ſit latitudo, qui id obſeruare non poſſit. De longitudine hic iudiciũ ferre non licet, quum nec ego nec alij qui ante me fuerunt in in longitudinibus regionũ obſeruandis ullam induſtriam adhibuerimus. Credimus hic Ptolemæo & alijs eclipſiũ obſeruatoribus, qui in oriẽte & occidẽte unius eiuſdem eclipſis ſpectatores extiterũt, horamq; aut coniunctionis aut oppoſitionis aduerterunt, ac deinde collatione facta, locorum interualla animaduerterunt. Valete. Baſileæ anno M. D. LII. menſe Martio.

Enry par la grace de dieu roy de frāce, aux preuoſt de Paris, Bailly de Rouen, ſeneſchaulx de Lyon, Tholoſe, & Poictou, & a tous noz autres iuſticiers & officiers, ou leurs lieutenans, Salut. Henry Pierre, marchāt libraire & bourgeois de la ville de Basle, lun des cantons de noz alliez confederez & bons comperes les Suiſſes, nous a fait dire & remōſtrer qu'ilz a recouuert entre autres liures, la Geographie de Ptolemee, corrigee par Sebaſtian Munſter, & par lui amplifiee d' vn grand nombre de tables, pour lequel liure recouurer & imprimer lui a conuenu & conuiendra faire de grandz fraiz & deſpens, meſme en la deſcription du monde, & les particulieres regions, auec les pourtraictz des plus notables & illuſtres villes, effigies de pluſieurs ſortes d'animaux, qui ſont aux eſtranges pais, & autres choſes, monſtrans au vif ce qui concerne ladicte Geographie, en quoy ilz a employe grand ſomme de deniers, & doubte que les libraires & imprimeurs de noſtre royaume ne facent, ſi toſt que ledict oppoſant aura publié ledict liure, icelui imprimer, en y mettant les dictes figures, entant que touche ladicte Geographie, qui ſeroit lui oſter tout moyen de ſe pouoir rembourſer de ſeſdictz deniers, & receuoir quelque fruict de ſon labeur. A ceſte cauſe nous a humblement requis lui vouloir ſur ce pouruoir de remede conuenable. Pour ce eſt il que nous, deſirans bien & fauorablement traicter ledict ſuppliant, lui auons permis, & permettons, de grace ſpecialle, plaine puiſſance & auctorite royal de mettre & expoſer en vente en noſtre royaume, pais, terres, & ſeigneuries a nous obeiſſantes, ladicte Geographie françoiſe dudict Sebaſtian Munſter, ſans que nul libraire ou imprimeur de noſdictz royaume pais terres & ſeigneuries, la puiſſe imprimer, ou faire imprimer, ne imiter ou faire imiter icelles figures, ou partie d'icelles, ſans le congé & permiſſion dudict ſuppliant, iuſques au temps & eſpace de ſix ans, a compter du iour & date que ladicte Geographie ſera acheuee d'imprimer en la premiere edition, & ce ſur peine de confiſcation dudict liure & figures, & d' amende arbitraire a nous a applicquer. Si vous mandons, & a vn chacun de vous ſur ce requis, et ſi comme a lui appartiendra, que vous de la preſente conceſſion & priuilege faictes permettez & ſouffrez ledict ſuppliant iouir & vſer plainement & paiſiblement, ſans lui mettre, ou donner, ne ſouffrir eſtre mis ou donné, aucun deſtourbier ou empeſchement au contraire, lequel ſi mis ou donné lui eſtoit, vous faictes incontinant & ſans delay, mettre a plaine & entiere deliurance, & au premier eſtat & deu. Car tel eſt noſtre plaiſir, nonobſtant quelconques lettres a ce contraires. Donné a Paris ce xx. iour de Ianuier, lan de grace mille cinq cens cinquante deux, & de noſtre regne le ſixieſme.

Par le roy le ſieur de Roiſſy maiſtre
des requeſtes de Lhoſtel preſent



DE VTILITATE TABULARUM Geographicarum, & uſu ſequentium elenchorum, neceſſaria Conradi Lycoſthenis Rubeaquenſis, ad Ioannem Friſium Tigurinum, admonitio.

PRinceps poëtarum omnium Homerus diuinum ſuæ Odyſſeæ opus auſpicaturus, Vlyſſem (quē Græcorū omniū ſapiētiſsimnm effingete conatur) potiſsimum eo nomine laudat, quod mores multorum hominū & urbes nouerit, innuens nimirū inſignem illam oris facundiam, prudentiam, fortitudinem, conſtantiam cæteraſq; uirtutes, quibus hominem depingit, eius potiſsimum erroribus ac periculoſis peregrinationibus aſcribendas eſſe, in quibus multa expertus ſit, oculiſq; ſuis inſpexerit, quæ domi nullis præceptis, nulla diſciplina, nulloq; unquā doctore perdidiciſſet. Permouit hęc utilitas Orpheum, Muſeum, Melampodem, Solonem Athenienſem, Platonē, Pythagora mSamiū, Eudoxum Mathematicum, Democritū Abderitem, Inopidem Chium, atq; alios ſexcētos Philoſophos omnium antiquiſsimos, qui relicta patria, partim ut uarijs ac eo tēpore raris diſciplinis animos excolerent, partim ut ritus, mores, leges ac cōſuetudines diuerſarū gentium explorarent, in longinquas regiones profecti ſunt, iudicantes eum hominem neutiquàm rectè ſapere poſſe, qui in ſolo paterno, quaſi claudus (ut prouerbio iactatur) ſutor, perpetuo deliteſcens, contentus ijs tantum, quę in parui Laris anguſtijs cernuntur, reliquas mundi regiones & prouincias planė ignoret. Verum cum nō cuiuis detur adire Corinthum, ac multa ſint quæ hominem à peregrinationibus auocent, Coſmographorū ac Geographorum diligentia ac indefeſſus labor, nō parua ex parte à peregrinandi labore & impendio nos liberauit. Ex his autem primus Homerus etiam, ſecundum Hypparchū, autor extitit, qui poëſim ſuā omni doctrinarū genere refarſit, & regiones omnes, ad quas eo tempore penetrari poterat, magno ingenij acumine illuſtrauit, quem Alexāder & Hecateus Mileſij, ac Eudoxus, qui uicinus illorū temporum fuit, imitati ſunt. His ſucceſſerūt poſtea Dicearchus & Eratoſtenes, qui complura ſcriptis ſuperiorum addiderūt, Alexandri Magni temporibus, qui pluribus uictorijs potitus, complures etiam & ignotas ante ſe prouincias illuſtrauit, totumq; penė terrarū orbem peragrauit. Exornarunt etiam Spartam ſuam in hoc ſcribendi genere Poly-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

bius Megalopolitanus, & Poſsidonius, multa certiora tradentes pro-
pter recētes Romanorū uictorias. Superuenit Strabo Cretēſis uir pluri
mæ lectionis, qui ſumma diligentia uberiq; doctrina omnia ita comple
xus eſſe uidetur, ut conſumato operi nihil ferè adijci commodè poſſit.
Cæſaris enim Auguſti tēporibus apud Romanos uixit, quibus eo tem-
pore nihil (ob tot bello ſubiectas ac in ſeruitutem redactas gentes) in
cognitum eſſe poterat. Veruntamen cum tot Geographorum ſcripta
ob res incognitas ac remotas, multis locis lectoribus eſſent obſcuriſsi
ma, ac contemplatio rerum ſine inſpectione admodum eſſet difficilis,
bonam operam nobis Ptolemæus locauit, qui ut ab omni peregrina-
tionis labore, periculo, atque impenſa liberaret, ac res ab alijs obſcu-
rè traditas, adhibita luce omnium oculis ſubijceret, totam terrę faciem
certis tabulis depinxit, atque ſpectandum tanquam in politiſsimo
ſpeculo propoſuit, cuius opera factum eſt, ut non tantum bonorum
autorum, ac pręcipue Strabonis, Stephani, Plinij, Solini, Melæ ac alio-
rum in hoc ſcribendi genere doctorum, lectiones ſint factę perſpicuę,
ſed omnis etiam nobis peregrinandi ſublata ſit difficultas. Oſtendunt
enim tabulæ peregrè abeuntibus quo ſit flectendum ut citius peregri-
nationem abſoluas, quę uia tutior, cōpendioſior, ac facilior, ubi mon-
tes aſcendendi, flumina tranſcunda, ubi ſyluæ umbram gratiſsimam
prębentes perambulāndę, ubi commode diuertendum ac pernoctan-
dum. Maria pernauigaturis indicāt Syrtes, Scyllā, Charybtim, aliaq;
horrenda maris pericula. Bella gerentibus, ubi tutus cum exercitu ſit
tranſitus, ubi caſtra figenda, quo loco hybernandum, ac aperto Marte
cum hoſte pugnandum, ubi commode in inſidijs latitandum, ne hoſtis
inprouiſus circumueniat: quę res ſæpenumero magnis ducibus exitiū,
patrię calamitatem peperit. Sic enim Cyrus opulentiſsimus Perſarum
rex, cum iam Craſſum Lydorum regem uiciſſet, ac Babylonem, orien
talemq; omnem oram in ſuam poteſtatē redegiſſet, ob ſolam huius do
ctrinæ ignorantiā, cōtra Thomiridem Scytharum reginam pugnans
propè Oaxis fluminis trāſitum, cum uniuerſo exercitu interijt. Omitto
Agamemnonis exercitum, qui ea ipſa cauſa turpiter in bello Troiano
pedem retulit. Tranſeo Thermopylarum anguſtias, quę ex ignoran-
tia Perſarum, diuturnam Leonidę gloriam pepererunt. Silentio præte
reo Parthorum contra Craſſum uictoriam, quę ex regionis quoq; inſci
titia manauit, prætermitto etiam alia infinita exempla, quę hiſtoriarum
lectio ſuppeditat, quibus manifeſtiſsimum eſſet oſtendere, pręclarè di
xiſſe Strabonem, qui dictitare ſolebat eum demum uenationem rectè
inſtituere, qui planè norit, qualis & quanta ſylua eſſet in qua uenare-
tur.

tur. Sed non eſt mei inſtituti omnem tabularum Coſmographicarũ utilitatem oſtendere, quæ adeò immenſa eſt, ut Neſtorem aut Demoſthenem deſiderent, ut qui admonere tantum, idq́ obiter uolui, quã neceſſaria in omni uitæ genere tabularũ harũ eſſet cognitio, quæ cũ eius artis ignaris hominibus nimiũ difficilis uideatᷓ, eos aliquà ex parte iuuare ſequẽtibus indicibus placuit, quos non quidẽ eo animo Friſi doctiſsime ad te potiſsimũ mitto, quod earũ rerum rudem ac imperitũ iudicem, ſed quod hoc ſtudij genere te plurimum partim delectari, partim etiam (ni publicus labor, quem patriæ in erudienda iuuẽtute feliciter impendis, retineret) perpetuò, & ſi nõn reuera, animo tamen nunquã non peregrinari te ſciam, & cum contra animi ſententiam inuitus retinearis à tuis, tabulas Ptolemaicas domi perluſtrãs, reuera cum Propertij Elegorum præſtantiſſimi Arethuſa dicere poſsis: Cogor & è tabulà pictos ediſcere mũdos. Longè aberit in hac peregrinatione omnis moleſtia & difficultas, quæ alios ſæpenumero impedimẽto eſſe ſolet, paucis enim horis, pertenui uiatico, totum perluſtrare mundũ, omnesq́ terræ angulos, maria, inſulasq́ licet remotiſsimas, faciliime adire poteris. Te peregrinationi iam accinctum, non retinebunt ſcholę proceres, non curę rei domeſticæ, non lachrymas effundet uxor, non plorabunt liberi, iam uerò ambulãti nõ oberit aëris ulla intemperies, ſtridens uentus, humidus imber, nec grando duris inuiſa coloris. Diuertenti nõ erit moroſus hoſpes qui cibum bis coctum, putredine olẽtes piſces, acetoſa, fontibusq́ permixta uina, quietẽ uerò petẽti male olentia, pediculoſa, ulceribusq́ cõmaculata linteamina apponat. Aeſtiuo tempore non ſolis igniti feruor, periculoſa fulgura, nec pinguiſsima frugibus arua oberũt. Hyberno uerò nequaquam uexabit frigoris dira improbitas, non denſitas niuis & cõcreta canicie barba, non teneras glacies ſecabit aſpera plantas. Nauiganti tibi, non eructabit uomitus, non erunt infeſta ſydera, luctantes uenti, tempeſtates q́ ſonore, tutiſsimus eris à pyratis ac latronibus uitæ opumq́ pernicioſis inſidiatoribus, alijsq́ infinitis periculis atq́ incommodis, quę plerunq́ peregrinantes circumuenire ſolent. Vnum tamen adhuc deeſt, comes uidelicet iucundus, qui (ut uulgò iactatᷓ) in uia pro uehiculo eſſe ſolet: ideoq́ ne & hic deſtituaris. Indicem noſtrũ, ueluti Aeneæ fidiſsimũ Achatem adiungã, quo duce omnis terræ ac maris ſpacioſiſsimus ambitus aditu ſic omnium facillimus, nullus enim angulus uſpiam eſt tam inacceſſus, in quem ſequẽtem breuiſsimo compendio deducere non poſsit. Age igitur faciamus eius rei pericula, ut uideas quãta ſit ei locorum omnium cognitio. In tertio libro Regum cap. 9. legimus regum ſapientiſsimum Salamonem, inter alias ciuitates

Palmiram etiam in terra ſolitudinis ædificaſſe, omnium, ut ex Ioſephi libro antiquitatũ octauo liquet, munitiſsimã, quam Hebręi Thamer uel Thamor appellarunt, & Hadrianus, ut nominis ſui immortalitatẽ conſecraret, Hadrianopolim n minari uoluit, tradẽte Stephano. Huius igitur ciuitatis (de qua inter Parthos & Romanos tam diu imperio certatum eſt) ſitum uidere cupiẽs, eum Indicem, qui in ordine primus eſt, accede, quære Palmiram, & inuenies quinq; numeros aſsignatos 20. 71. 30. 34. 0. quorũ primus folium tabularum Ptolemaicarum, ſecundus lõgitudinis gradũ, tertius eius gradus minutas, quartus latitudinis gradum, quintus eiuſdem gradus minutã nullam, oſtendet. Accipe nunc folium in ordine uiceſimum (numeros enim in prima facie omnibus tabulis inſcriptos reperies) & in ſumma parte tabulæ, quæ longitudini deputata eſt, quære gradum ſeptuageſimum primum, ac imaginatione eiuſdem gradus minutas triginta concipe: quo facto duc à cõcepta iam minuta filũ, ad eiuſdem gradus ac minutę partem, quæ in infima tabulæ parte, iuxta longitudinem, numeris eodem pacto ſignata eſt, & habebis exactam loci lõgitudinem. Eadem inde ratione quære in latitudine tabulæ gradum triceſimum quartum, & ab ipſo gradus principio ſtatim (0. enim nullam minutam ſuper addendam oſtendit) duc aliũ filum ad aliam latitudinis partem tabulæ, eodem numero ſignatam, & habebis etiam latitudinẽ, atq; eo ipſo loco ubi filus filum interſecat uerũ Palmirę ſitum: licet enim nomen ciuitatis ob tabulæ anguſtiam non ſit appoſitum, deprehendes tamen ciuitatem prope eiuſdem nominis fluuiũ, ac haud longè ab Alſadanio monte ædificatam fuiſſe. Verum quo res omnibus fiat clarior, aliarũ etiam regionum loca eadem ratione inueſtigabimus. Quis ignorat quanta fuerit inter Gręcos de Homeri patria concertatio, de qua apud Gelliũ in noctibus Atticis potiſsimum legimus, alij enim Colophonium, alij Smyrnæum, quidam Athenienſem, quidam prodiderunt Aegyptiũ fuiſſe, quibus etiam Heliodorus libro Æthiopicæ hiſtorię tertio aſtipulatur, qui Homerum humanę philoſophię facilè parentem, non tantum Ægyptium uocat, ſed apertè Thebarum urbem patriam etiam aſcribit, quæ ut Herodotus ait ambitu centum & quadraginta ſtadiorum, & ut Plinius refert, penſilis, centumq; portarum fuiſſe dicitur, in quarum ſingulis ducenti cuſtodes excelluiſſe equis & curribus memorantur, unde reges ſoliti erant maximos exercitus armatorum educere, nullo ex oppidanis id ſentiente. Huius igitur pręclari oppidi ſitum cernere cupiens, Indicem cõſule, ac inuenies tres numeros 15. 63. 26. aſcriptos, quorum primus folia tabularum pictarũ, ſecundus longitudinis, tertius uerò latitudinis gradũ ſubindicabit,

Accede

Accede nunc folij decimi quinti tabulam, ac quære gradus ſexageſimi
tertij principiũ in ſumma infimaꝙ tabulæ parte, filumꝙ applica, ac ha-
bebis longitudinem, idem fac in gradus uigeſimi ſexti latitudinis prin
cipio, & inuenta latitudine, ubi filus filum ſecabit, deprehendes Theba
rum urbem, quæ Gręcè ἡλιόπολις, id eſt, ſolis ciuitas dicitur, in Nili flu
minis ripa, prope Captos ſitã eſſe. De Rhodano magni nominis flu
uio uarij uaria ſcribũt autores, cuius fontes ſi uidere lubet, Index ad fo-
liũ tabulæ triceſimũ quęrentẽ remittet, ubi ſimili ratione, in gradu lon
gitudinis ac latitudinis ſeptimo, animaduertet nõ lõgè admodũ à Da
nubij & Rheni fontibus, prope montẽ cui Briga nomẽ eſt (quẽ incolę
die Furch appellant) ſcaturire, & ad Sedunũ urbem decurrẽtem, uicum
Veragrorum (qui hodie Sanctus Mauritius dicitur) interſecare, donec
Lemanno lacui (quem accolę Lauſannenſem nominant) admiſceatur.
Ita quoꝙ Ithacam inſulam quã Vlyſſes & eius uxor Penelope illuſtra-
runt; cuiuſꝙ reges Maximus Tyrius ob inſignem impudentiã porcos
appellat, in eo folio tabulę quę in ordine duodecima eſt inuenies. Item
Parnaſſum montẽ in cuius apice Sophocles in Thieſte uitẽ naſci refert
Euboicæ ſimilem, quę ſingulis diebus botrũ maturũ producebat Bac-
cho offerendum, ac alia omnia cuiuſcunꝙ ſint generis loca. Non aũt ſi-
lentio prætereundũ eſt, locorum nomina, ut à ueteribus ac recẽtioribus
appellata ſunt, & etiamnum hodie appellantur, imò eorum etiam quo-
rum picturas atꝙ denominationes tabularũ anguſtia capere nõ potuit,
in primo pręſertim indice recitari, quæ tamẽ iuxta ſitũ eadẽ ratione de-
pręhendi ex tabulis facillimè poſſunt, cuius rei mentionem ideo facere
placuit, ne locus in picturis non inuentus, partim ſcrupulum quęrenti
inijciat, partim etiã ignorantiæ notã Ptolemæo inurat, ex cuius octo
libris priorem, hoc eſt, uiginti octo tabularũ indicem confeci, ac recen
tioribus tantum nominibus, ueterum locorum numeros à Ptolemæo
ſignatos, ubique adieci. Tabulis autem nouis cum longitudinis ac la-
titudinis numeri deeſſent, compendij tantum gratia extra omnem po-
li altitudinem effingere gradus coactus ſum. Vnde factum eſt ut tabu-
larũ nouarũ indicem à Ptolemaico ſeiungere placuerit, quo duce mul-
tò commodius ambulabis, ſi relicto filo, qui utranque manum parum
commode deſiderat, alia regula uſus fueris. Ideoꝙ fac ex denſiſsimo
pergameno regulam, ſiue ſcalam, quæ latitudinis nouarum tabularum
ſcalę, diuiſione ſimul ac numerorum inſcriptionibus planè ſit ſimilis,
cuius auxilio locũ quem oculis cernere lubet facilè inuenies, quæ ratio
quàm facilis ac certa ſit, unico tantũ exemplo cõtentus experiri placet.

Præclarũ eſt partim ob antiquitatis cõmendationem, partim etiam
ob ex-

ob exanclatos bello labores, ac partas inſigni uirtute uictorias, Tiguri norum apud exteros nomen, quorum ſitum Heluetiæ locorũ ignarus, intueri cupiens, accedat poſteriorẽ Indicem, ac inueniet tres numeros adſignatos 36.14. 9. quorum primus folium, ſecundus longitudinis, tertius latitudinis gradum deſignat. Propterea quęrat tabulę folium 36. longitudinis gradibus 14. accommodet regulam ex pergameno pa ratam, (ita tamẽ ut gradus ubiq; impreſsis in margine correſpondeãt) deſcendat digito uſq; ad gradum nonum, ſtatimq; uidebit Tigurũ Hel uetiæ totius caput (quod Germani Zürch uocãt) FRISII noſtri patriã dulciſsimam, in qua bonas literas magna cum laude profitetur, prope montem ad lacum amœniſsimũ, cõditum eſſe. Hæc ſunt quæ in tuam Friſi chariſsime ac reipublicæ literariæ gratiam hoc loco, admonitionis tantum cauſa, adijcere uolui: quo eius artis ſtudioſi in præſenti bus tabulis maiore cũ fructu, utilitate, & ſumma etiam animi oblectatione uerſari queant. Vale Baſileę Rauracorum menſe Ianuario, Anno

M. D. LII.

DE VTILITATE TA bularum Geographicarum, & uſu ſequentium elenchorum, neceſſaria Conradi Lycoſthenis Rubeaquenſis, ad Ioannem Friſium Tigurinum, admonitio.

PRinceps poëtarum omnium Homerus diuinum ſuæ Odyſſeæ opus auſpicaturus, Vlyſſem (quē Græcorū omniū ſapiētiſsimum effingere conatur) potiſsimum eo nomine laudat, quod mores multorum hominū & urbes nouerit, innuens nimirū inſignem illam oris facundiam, prudentiam, fortitudinem, conſtantiam cæteraſq; uirtutes, quibus hominem depingit, eius potiſsimum erroribus ac periculoſis peregrinationibus aſcribendas eſſe, in quibus multa expertus ſit, oculiſq; ſuis inſpexerit, quæ domi nullis præceptis, nulla diſciplina, nulloq; unquā doctore perdidiciſſet. Permouit hęc utilitas Orpheum, Muſeum, Melampodem, Solonem Athenienſem, Platonē, Pythagoram Samiū, Eudoxum Mathematicum, Democritū Abderitem, Inopidem Chium, atq; alios ſexcētos Philoſophos omnium antiquiſsimos, qui relicta patria, partim ut uarijs ac eo tēpore raris diſciplinis animos excolerent, partim ut ritus, mores, leges ac cōſuetudines diuerſarū gentium explorarent, in longinquas regiones profecti ſunt, iudicantes eum hominem neutiquàm rectè ſapere poſſe, qui in ſolo paterno, quaſi claudus (ut prouerbio iactatur) ſutor, perpetuo deliteſcens, contentus ijs tantum, quę in parui Laris anguſtijs cernuntur, reliquas mundi regiones & prouincias planè ignoret. Verum cum nō cuiuis detur adire Corinthum, ac multa ſint quæ hominem à peregrinationibus auocent, Coſmographorū ac Geographorum diligentia ac indefeſſus labor, nō parua ex parte à peregrinandi labore & impendio nos liberauit. Ex his autem primus Homerus etiam, ſecundum Hypparchū, autor extitit, qui poëſim ſuā omni doctrinarū genere referſit, & regiones omnes, ad quas eo tempore penetrari poterat, magno ingenij acumine illuſtrauit, quem Alexāder & Hecateus Mileſij, ac Eudoxus, qui uicinus illorū temporum fuit, imitati ſunt. His ſucceſſerūt poſtea Dicearchus & Eraſtotenes, qui complura ſcriptis ſuperiorum addiderūt, Alexandri Magni temporibus, qui pluribus uictorijs potitus, complures etiam & ignotas ante ſe prouincias illuſtrauit, totumq; penè terrarū orbem peragrauit. Exornarunt etiam Spartam ſuam in hoc ſcribendi genere Poly-

bius Megalopolitanus, & Poſsidonius, multa certiora tradentes propter recẽtes Romanorũ uictorias. Superuenit Strabo Cretẽſis uir pluri mæ lectionis, qui ſumma diligentia uberiq́ꝫ doctrina omnia ita com plexus eſſe uidetur, ut conſumato operi nihil ferè adijci commodè poſſit. Cæſaris enim Augusti tẽporibus apud Romanos uixit, quibus eo tempore nihil (ob tot bello ſubiectas ac in ſeruitutem redactas gentes) incognitum eſſe poterat. Veruntamen cum tot Geographorum ſcripta ob res incognitas ac remotas, multis locis lectoribus eſſent obſcuriſsima, ac contemplatio rerum ſine inſpectione admodum eſſet difficilis, bonam operam nobis Ptolemæus locauit, qui ut ab omni peregrinationis labore, periculo, atque impenſa liberaret, ac res ab alijs obſcurè traditas, adhibita luce omnium oculis ſubijceret, totam terrę faciem certis tabulis depinxit, atque ſpectandum tanquam in politiſsimo ſpeculo propoſuit, cuius opera factum eſt, ut non tantum bonorum autorum, ac pręcipue Strabonis, Stephani, Plinij, Solini, Melæ ac aliorum in hoc ſcribendi genere doctorum, lectiones ſint factę perſpicuę, ſed omnis etiam nobis peregrinandi ſublata ſit difficultas. Oſtendunt enim tabulæ peregrè abeuntibus quo ſit flectendum ut citius peregrinationem abſoluas, quę uia tutior, cõpendioſior, ac facilior, ubi montes aſcendendi, flumina tranſeunda, ubi ſyluæ umbram gratiſsimam prębentes perambulãndę, ubi commode diuertendum ac pernoctandum. Maria pernauigaturis indicãt Syrtes, Scyllã, Charybtim, aliaq́ꝫ horrenda maris pericula. Bella gerentibus, ubi tutus cum exercitu ſit tranſitus, ubi caſtra figenda, quo loco hybernandum, ac aperto Marte cum hoſte pugnandum, ubi commode in inſidijs latitandum, ne hoſtis inprouiſus circumueniat: quę res ſæpenumero magnis ducibus exitiũ, patrię calamitatem peperit. Sic enim Cyrus opulentiſsimus Perſarum rex,, cum iam Craſſum Lydorum regem uiciſſet, ac Babylonem, orientalemq́ꝫ omnem oram in ſuam poteſtatẽ redegiſſet, ob ſolam huius doctrinæ ignorantiã, cõtra Thomiridem Scytharum reginam pugnans propè Oaxis fluminis trãſitum, cum uniuerſo exercitu interijt. Omitto Agamemnonis exercitum, qui ea ipſa cauſa turpiter in bello Troiano pedem retulit. Tranſeo Thermopylarum anguſtias, quę ex ignorantia Perſarum, diuturnam Leonidę gloriam pepererunt. Silentio prætereo Parthorum contra Craſſum uictoriam, quę ex regionis quoq́ꝫ inſcitia manauit, prætermitto etiam alia infinita exempla, quę hiſtoriarum lectio ſuppeditat, quibus manifeſtiſsimum eſſet oſtendere, pręclarè dixiſſe Strabonem, qui dictitare ſolebat, eum demum uenationem rectè inſtituere, qui planè norit, qualis & quanta ſylua eſſet in qua uenaretur.

tur. Sed non eſt mei inſtituti omnem tabularum Coſmographicarũ uti litatem oſtendere, quæ adeò immenſa eſt, ut Neſtorem aut Demoſthenem deſiderent, ut qui admonere tantum, idq; obiter uolui, quã neceſſaria in omni uitæ genere tabularũ harũ eſſet cognitio: quæ cum eius artis ignaris hominibus nimiũ difficilis uideat, eos aliqua ex parte iuuare ſequẽtibus indicibus placuit. quos non quidẽ eo animo Friſi doctiſsime, ad te potiſsimũ mitto, quod earũ rerum rudem ac imperitũ iudicem: ſed quod hoc ſtudij genere te plurimum partim delectari, partim etiam (ni publicus labor, quem patriæ in erudienda iuuentute feliciter impendis, retineret) perpetuo, & ſi non reuera, animo tamen nunquã non peregrinari te ſciam: ut ſic, quandoquidẽ contra animi ſententiã retineris à tuis, tabulas Ptolemaicas domi perluſtrãs, reuerá cum Propertij Elegorum præſtantiſſimi Arethuſa dicere poſsis: Cogor & è tabula pictos ediſcere mũdos. Longè aberit in hac peregrinatione omnis moleſtia & difficultas, quæ alijs ſæpenumero impedimẽto eſſe ſolet. paucis enim horis, pertenui uiatico, totum perluſtrare mundũ, omnesq; terræ angulos, maria, inſulasq; licet remotiſsimas, facillimè adire poteris. Te peregrinationi iam accinctum, non retinebũt ſcholę proceres, nõ curę rei domeſticę, non lachrymas effundet uxor, non plorabũt liberi, iam uerò ambulanti non oberit aëris ulla intemperies, ſtridens uentus, humidus imber, nec grãdo duris inuiſa colonis. Diuertenti non erit moroſus hoſpes, qui cibum bis coctum, putredine olentes piſces, acetoſa, fontibusq; permixta uina: quietem uerò petenti, pediculoſa, ulceribusq; cõmaculata linteamina apponat. Aeſtiuo tempore non ſolis igniti feruor, periculoſa fulgura, nec pinguiſsima frugibus arua oberũt. Hyberno uerò nequaquam uexabit frigoris dira improbitas ; non denſitas niuis, & cõcreta canicie barba, nõ teneras glacies ſecabit aſpera plantas. Nauiganti tibi, non eructabit uomitus, non erunt infeſta ſidera, luctantes uenti, tempeſtatesq; ſonorę: tutiſsimus eris à piratis ac latronibus, uitæ opumq; pernicioſis inſidiatoribus, alijsq; infinitis periculis atq; incommodis, quæ plerunq; peregrinantes circumuenire ſolent. Vnum tamen adhuc deeſt, comes uidelicet iucundus, qui (ut uulgò iactat) in uia pro uehiculo eſſe ſolet: ideoq; ne & hic deſtituaris, Indicem noſtrum, ue luti Aeneæ fidiſsimum Achatem adiungã, quo duce omnis terræ ac maris ſpacioſiſsimus ambitus aditu ſit omnium facillimus. Nullus enim angulus uſpiam eſt tam inacceſſus, in quem ſequentem breuiſsimo compendio deducere non poſsit. Age igitur faciamus eius rei pericula, ut uideas quanta ſit ei locorum omnium cognitio. In tertio libro Regum cap. 9. legimus, regum ſapientiſsimum Salomonem, inter alias ciuitates

Palmiram etiam in terra ſolitudinis ædificaſſe, omnium, ut ex Ioſephi libro antiquitatũ octauo liquet, munitiſsimã, quam Hebrei Thamer, uel Thamor appellarunt: & Hadrianus, ut nominis ſui immortalitatẽ conſecraret, Hadrianopolim nominari uoluit, tradẽte Stephano. Huius igitur ciuitatis (de qua inter Parthos & Romanos tamdiu de imperio certatũ eſt) ſitum uidere cupiẽs, cum Indicem qui in ordine primus eſt, accede. quære Palmiram, & inuenies quinq; numeros aſsignatos 20. 71. 30. 34. 0. quorũ primus folium tabularum Ptolemaicarum, ſecundus lõgitudinis gradũ, tertius eius gradus minutias, quartus latitudinis gradum, quintus eiuſdẽ gradus minutiã nullã ſuperaddendã oſtẽdet. Accipe nũc igitur foliũ in ordine uiceſimũ (numeros enim in prima facie omnibus tabulis inſcriptos reperies) et in ſumma parte tabulę, quę lõgitudini deputata eſt, quære gradum ſeptuageſimũ primũ, ac imaginatione eiuſdem gradus minutias triginta concipe: quo facto, duc à cõcepta iam minutia filũ, ad eiuſdem gradus ac minutię partem, quæ in infima tabulæ parte, iuxta longitudinem, numeris eodem pacto ſignata eſt, & habebis exactam loci longitudinem. Eadem inde ratione quære in latitudine tabulæ gradum triceſimum quartum, & ab ipſo gradus principio ſtatim (0. enim nullam minutiã ſuperaddendam oſtendit) duc aliud filum ad aliam latitudinis partem tabulæ, eodem numero ſignatam, & habebis etiam latitudinẽ. atq; eo ipſo loco ubi filũ interſecatur filo, uerũ Palmiræ ſitum: licet enim nomen ciuitatis ob tabulæ anguſtiam non ſit appoſitum, deprehendes tamen ciuitatem prope eiuſdem nominis fluuiũ, ac haud longè ab Aſaldanio monte ædificatam fuiſſe. Verùm quo res omnibus fiat clarior, aliarũ etiam regionum loca eadem ratione inueſtigabimus. Quis ignorat, quanta fuerit inter Græcos de Homeri patria concertatio, de qua apud Gelliũ in noctibus Atticis potiſsimum legimus. alij enim Colophonium, alij Smyrnæum, quidam Athenienſem, quidã prodiderunt Aegyptium fuiſſe: quibus etiam Heliodorus libro Æthiopicæ hiſtorię tertio aſtipulatur, qui Homerum humanę philoſophię facilè parentem, non tantum Ægyptium uocat, ſed apertè Thebarum urbem patriam etiam aſcribit: quæ, ut Herodotus ait, ambitu centum & quadraginta ſtadiorum, & ut Plinius refert, penſilis, centumq; portarum fuiſſe dicitur, in quarum ſingulis ducenti cuſtodes excelluiſſe equis & curribus memorantur, unde reges ſoliti erant maximos exercitus armatorum educere, nullo ex oppidanis id ſentiente. Huius igitur pręclari oppidi ſitum cernere cupiens, Indicem cõſule, ac inuenies tres numeros 15. 63. 26. aſcriptos, quorum primus folium tabulæ, ſecundus longitudinis, tertius uerò latitudinis gradum ſubindicabit.

Accede

Accede nunc folij decimiquinti tabulam, ac quære gradus ſexageſimi tertij principiū in ſumma infimaq́ tabulæ parte, filumq́ applica, ac habebis longitudinem. Idem fac in gradus uigeſimiſexti latitudinis principio, & inuenta latitudine, ubi filū ſecatur à filo, deprehendes Thebarum urbem, quæ Græcè ἡλιόπολις, id eſt, ſolis ciuitas dicitur, in Nili fluminis ripa, prope Captos ſitā eſſe. De Rhodano magni nominis fluuio uarij uaria ſcribunt autores, cuius fontes ſi uidere lubet, index ad foliū tabulæ triceſimūſextū quærētem remittet, ubi ſimili ratione, in gradu lōgitudinis ac latitudinis ſeptimo animaduertet nō lōgè admodū à Danubij & Rheni fontibus, ꝓpe montē cui Briga nomē eſt (quē incolę die Furch appellant) ſcaturire, & ad Sedunū urbem decurrētem, uicum Veragrorum (qui hodie Sanctus Mauritius dicitur) interſecare, donec Lemanno lacui (quem accolę Lauſannenſem nominant) admiſceatur. Ita quoq; Ithacam inſulam, quā Vlyſſes & eius uxor Penelope illuſtrarunt, cuiuſq; reges Maximus Tyrius ob inſignem impudentiā porcos appellat, in eo folio tabulę quę in ordine duodecima eſt inuenies. Item Parnaſſum montē in cuius apice Sophocles in Thyeſte uitē naſci refert Euboicæ ſimilem, quæ ſingulis diebus botrū maturū producebat Baccho offerendum, ac alia omnia cuiuſcunq; ſint generis loca. Non aūt ſilentio prætereundū eſt, locorum nomina, ut à ueteribus ac recētioribus appellata ſunt, & etiamnum hodie appellantur, imò eorum etiam quorum picturas atq; denominationes tabularū anguſtia capere nō potuit, in primo pręſertim Indice recitari, quæ tamē iuxta ſitū eadē ratione deprehendi ex tabulis facillimè poſſunt. Cuius rei ideo mentionem facere placuit, ne locus in picturis non inuentus, partim ſcrupulum quærenti inijciat, partim etiā ignorantiæ notā Ptolemæo inurat: ex cuius octo libris priorem, hoc eſt, uiginti octo tabularū indicem confeci, ac recentioribus tantum nominibus, ueterum locorum numeros à Ptolemæo ſignatos, ubique adieci. Tabulis autem nouis cum longitudinis ac latitudinis numeri deeſſent, compendij tantum gratia extra omnem poli altitudinem effingere gradus coactus ſum. Vnde factum eſt, ut tabularū nouarū indicem à Ptolemaico ſeiungere placuerit: quo duce multo commodius ambulabis, ſi relicto filo, quod utranque manum parum commodè deſiderat, alia regula uſus fueris. Ideoq; fac ex denſiſsimo pergameno regulam, ſiue ſcalam, quæ latitudinis nouarum tabularum ſcalæ, diuiſione ſimul ac numerorum inſcripto inibus planè ſit ſimilis, cuius auxilio locū quem oculis cernere lubet, facilè inuenies. quę ratio quam facilis ac certa ſit, unico tantū exemplo cōtentus experiri placet.

Præclarū eſt, partim ob antiquitatis cōmendationem, partim etiam

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EM. ROMA

ob exanclatos bello labores, ac partas inſigni uirtute uictorias, Tiguri notum apud exteros nomen: quorum ſitum, Heluetiæ locorũ ignarus, intueri cupiens, accedat poſteriorem Indicem, ac inueniet tres numeros adſignatos, 36. 14. 9. quorum primus folium, ſecundus longitudinis, tertius latitudinis gradum deſignat. Propterea quęrat tabulæ folium 36. longitudinis gradibus 14. accommodet regulam ex pergameno paratam, (ita tamẽ, ut gradus ubiq; impreſsis in margine correſpondeant) deſcendat digito uſq; ad gradum nonum, ſtatimq; uidebit Tigurũ Heluetiæ totius caput (quod Germani Zürch uocãt) FRISII noſtri patriã dulciſsimam, in qua bonas literas magna cum laude profitetur propè montẽ ad lacum amœniſsimũ, cõditum eſſe. Hæc ſunt quæ in tuam FRISI chariſsime, ac reipublicę literarię gratiam hoc loco, admonitionis tantum cauſa adijcere uolui: quo eius artis ſtudioſi in præſentibus tabulis maiore cũ fructu, utilitate, & ſumma etiam animi oblectatione uerſari queant. Vale, Baſileę Rauracorum, menſe Iunio, Anno

M. D. LII.

INDEX IN VNIVERSAS TABVLAS PTOLEMAICAS, IN

quo primus numerus folium tabulæ notat, ſecundus longitudinem graduum, tertius minutas, quartus latitudinem, quintus minutas latitudinis ſignat.

A.

ABacæna fol.	9.39	:38	15
&	21.93	:36	0
abacuc mare fol.	23.85	:45	
abantes	12.47	50:38	15
abantis inſ.	12.54	:39	
abaratha ciuitas	28.131	:3	15
abarbina	23.97	:40	10
abathuba	15.51	30:30	0
abdara	4.10	45:37	10
abdera	4.10	45:37	10
&	11.52	10:41	45
abea	12.49	50:35	10
abedeuy flu.oſtia	3.15	30:55	10
abella	8.42	20:41	10
abellinum	8.40	50:40	45
abgazari pop.	18.79	:48	
abgazeli pop.	18.79	:48	
abi flu.oſtia	3.21	:56	30
abida	20.68	15:32	45
abij Scythæ	24.145	:61	
abila ciuit.	4.11	40:39	15
abilunum	6.35	20:47	20
abinna	21.85	10:33	10
abiria	26.119	:27	
abiſama ciuitas	22.82	:11	45
abiſſa	22.92	20:20	15
abiata	17.68	20:42	0
abliana	19.78	:45	15
abnobæ mõtes	6.31	:51	
aboccis uicus	16.59	30:20	0
aboni mœnia	17.62	:44	0
abos. flu.	3.21	:57	
abos mons	19.77	:41	0
abragana	24.163	30:39	30
ta ipſius pars, quanta ſit, & qualis, re/
cenſeri poſſit, inſuper & loca eius ſin/
gula, ſub quibus cœleſtis ſphæræ ſita
ſint parallelis, ex quibus & noctium
& dierum magnitudines, & quæ nam
ſtellæ fixæ uerticales fiãt, & quæ ſuper
terram, quæq́ꝫ ſub terra ferantur ſem/
per: ac omnia quæ de habitationis ra/
tione connectimus, percipi poſſunt.
Quæ cuncta ſublimiſſimę ac pulcher/
rimę ſunt ſpeculationis, quum huma/
nis deprehenſionibus, per Mathemati
cas rationes oſtendi poſſit, quo pacto
cœlum ipſum natura ſe habeat, quoni
am nobis magna ex parte conſpicuum
eſſe poteſt. Terra autẽ per imaginem,
quia licet certa ſit & maxima, non ta-

men nos circũambit, neque tota ſimul, neque particulatim ab eiſdem hominibus peragrari poteſt.

ANNOTATIONES IN
primum caput.

DIſtinguit author in hoc primo capite Geographiam à Chorographia, aſſeritq; hanc ab iſta differre in tribus. Primo, Geographus deſcribit uniuerſaliores orbis terræ partes, ſecundum rectam iuſtamq; ſymmetriæ rationem, tam ad ſe inuicem, quam ad totum terrarum orbem & ambitum. Chorographus uero deſcribit ſingulas partes diuiſim, etiam minutas quaſq;, puta explicat ſeorſum pictura certa locum aliquem abſque omni comparatione ad alia loca atq; ad totum terræ ambitum. Hanc differentiam Ptolemæus exprimit exemplo & comparatione artis pictorum, qui in figurandis corporum imaginibus, maiora membra primum lineis ſuis explicant, uelut caput, brachia, manus, pectus, uentrem, coxas, crura, pedes. Deinde minutiora membra illis maioribus contenta, uelut oculum, naſum. os. &c. ſuis lineamentis & aptis coloribus repræſentat. Sic etiam geographia maiora loca, uelut celebriores ciuitates, integras prouincias, & maiora flumina deſcriptione repræſentat. Chorographia uero minima quædam loca, uelut uillas, arces, portus, riuulos, prata, ſaltus, &c. quàm ſimilius poteſt accommodatis coloribus explicare molitur. Altera differentia hæc aſsignatur, quod Chorographus aduertit qualitatem loci, hoc eſt, accidentia, Geographus autem uerſatur circa quantitatem & ſymmetriã locorũ, tum inter ſe, tum ad totius telluris ambitum. Tertium diſcrimen eſt, quod Chorographos neceſſe eſt eſſe pictores, qui ſingulorum locorum faciem & qualitatem adamuſsim pictura exprimant Geographus autem per exiles punctos, quibus loca ciuitatesq; ſignificantur & ipſorum nominum inſcriptiones, conatur indicare & eorũ ſitus, atq; totius terrarũ orbis figurã. Hinc eſt, quod chorographia mathematicæ inſtitutionis nihil eget, geographiæ uero mathematica plurimum eſt neceſſaria.

Quænam ſint ad Geographiã præſupponenda. Cap. II.

QVis igitũ finis ſit eius, qui Geographiam exercere uelit, ac in quo differat à Chorographia, per hæc quaſi ſummatim ſit notatum. Cum uero impræſentiarũ ſit propoſitum, noſtræ habitabilis deſcribere orbem, ut quàm maxime cum ueritate cõgruat, neceſſarium arbitramur præmittere, peregrinationis hiſtoriã eſſe, quæ notitiam præſtet ad inſtitutionem talem, utpotè quæ plurimum afferat cognitionis, ex traditione eorum qui prædit iſcientia ſpeculatiua, regiones particulatim peragrarunt: quodq; cõſideratio ac traditio hæc partim ſit geometrica, partim uero ſuperiorum conſtet obſeruatione. Siquidem ad Geometriam ſpectat, quod per ſubtiles diſtantiarum dimẽſiones locorum inter ſeſe poſitiones reddãtur manifeſtæ: ad obſeruationem autem ſuperiorum, quod idem fiat per apparentia, ex inſtrumentis, quibus aſtra & umbræ obſeruãtur, quod & perfectius eſt & certius, alterum autem difficilius, ac illius indigẽs ope. Primum enim quum neceſſarium exiſtat, ut ſupponatur, ſecũdum utrunque modum, ad quamnam mundi poſitionem, duorum locorum inquiſitorum diſtantia uergat, (nõ enim ſimpliciter, aut ſolũ hoc ſcire oportet, quantum locus unus diſtet ab alio, ſed quonam uerſus, hoc eſt, ut dicere ſciamus, num ad ſeptẽtrionem, aut ortum, ſiue ad partiliores eorum inclinationes tendat) impoſſibile eſt, exacte hoc cõſiderare, abſq; obſeruatione, quæ per prædicta fit inſtrumenta, per quæ in omni loco ac tẽpore facile, & lineæ meridianæ poſitio oſtẽditur, & per ipſam ignotæ locorum diſtantiæ. Inde & hoc concedi neceſſe eſt, dimenſionem, quæ per numerum fit ſtadiorũ, haud quaquam certam nobis iuxta ueritatem præbere depræhenſionem: quoniam raro in uias rectas incidere contingit, propter circuitus uarios, qui & euntibus & nauigantibus occurrere ſolent: & quia neceſſe eſt, ad rectitudinem inueniendã, id, quod in uijs, tam ex qualitatibus, quàm ex quantitatibus redundat, coniecturando tantum, ab integris ſubtrahere ſtadijs. In nauigationibus autem uentorum flatus, qui ut plurimum uires

tutes eaſdem haud ſeruāt, ad dijudicandum penitus norma carent. Inſuper licet diſtātia quędā inter duo loca emenſa exacte cognita fuerit, nō ideo tamē ratio ipſius ad totius terrę ambitū, nec poſitio, utrū ad æquinoctialem ſeu polos tēdat, patebit. Dimenſio uero, quæ fit per cœli apparētia, certam de ſingulis his cognitionē affert, oſtēditq; qualeſnam circumferētias inuicem per loca ſubiecta deſcripti intercipiāt circuli, parallelíq;, & meridiani: hoc eſt, paralleli circūferentias, quæ incidunt inter ipſos & æquinoctialem, meridianorum: illi autem eas, quæ cōtinentur ab ipſis, & æqnoctialis, & parallelorū: ac etiā qualem circūferentiā duo intercipiāt loca, circuli illius, qui in terra maximus ſcribitur. Nihil deniq; ſtadiorū indiget dinumeratiōe, ſiue ad rationē earū partium, quæ à terra ſunt, ſiue ad deſcriptionis circuitū uniuerſum: ſufficit enim ſupponere ambitum telluris in partes quotquot uoluerimus, per totidemq; partes oſtendere diſtantias in circulis maximis, ſuper telluris ſuperficie deſcriptis. Sed forſitan ad diuidendum noſtris dimenſionibus totum ambitū, aut partes illius in ſubiecta ac nota interualla hęc minus ſufficient. Ideo huius rei gratia ſolū, neceſſe fuit uiam quandam rectam adaptare circūferentiæ, quæ iuxta cōtinētiam ſimilis eſſet maximo circulo, ac rationem huius ſumere ad circulum qui fit ex apparentibus: ſtadiorū uero numerum, qui ſub ipſa continetur, ex dimenſione quę fit à partè data, ſicq; multitudinē ſtadiorum totius ambitus demonſtrare. Cū enim ex mathematicis præſupponat̃, cōtinuam & terrę & maris ſuperficiē, quaſi per totas partes eſſe rotundā, & idem centrum habere cum ſphæra cœleſtiū: ſequitur etiā ſingulas ipſius inciſiones cōmunes, quæ ex centro in planum, necnon ex dictis emittūtur ſuperficiebus, maximos in ſemetipſis facere circulos, anguloſq; in ipſo plano ad centrū concluſos, ſimiles circulorū intercipere portiones, diſtātiarū earum, quę in terra ſunt. Ac ideo quantitatem ſtadiorū, ubi directa fuerint, ex dimenſionibus accipi poſſe: rationem uero quæ ad totum eſt ambitū ex ipſis quidem nullatenus, propter defectū pertingentię parabolæ. A ſimili autem circūſcrētia circuli cœleſtis, recte ſumuntur, quoniam ratio illius ad proprium ambitum deprehēdi poteſt, eadem autem fit et à ſimili parte circa terram, ad circulum in ea maximum.

In caput ſecundum annot.

Habet, inquit, geographia ſua principia & fundamenta quibus innititur, ſine quibus nemo eam perfecte ſcire & acquirere poterit. Potiſſimum autem antecedens eſt hiſtoria itineraria & literarum monumenta, ab illis quidem tradita, qui plurima loca in terra mariq;, certus longitudinum latitudinumq́ue differentijs obſeruauerunt. Sine luſtratione enim & regionum inſpectione, nemo poteſt recte aliquam deſcribere prouinciam, quales tamen hodie multi inueniuntur, qui regiones, quas nunquam uiderunt aut peragrarunt præſumunt deſcribere, id quod fortaßis & authori ipſi (abſit dicto inuidia) imputari poteſt, qui Germaniam noſtram ſine ulla obſeruatione deſcripſiſſe uidetur, cum nec meridiani nec deſignatæ poli eleuationes locis ipſis reſpondeant. Declarat conſequenter duplicem eſſe hiſtoriam, unam geometricam alteram meteoroſcopiam, & hanc quidem faciliorem & incertiorem, illam uero perfectiorem & infallibilem affirmat. Geometrica per tenuem menſurationem diſtantiarum, ipſas locorum poſitiones adinuicem oſtendit. Meteoroſcopia uero idem per cœlitus apparentia, cum aſtrolabijs & ſciotheris inſtrumentis efficit. Nec ſatis eſt ſcire, quantum hic locus ab illo diſtiterit, niſi & hoc ſciatur, ad quam mundi plagam uergat itineris inclinatio, id quod ſine inſtrumentorum obſeruatione haud facile effici poteſt, quæ meridianæ lineæ poſitionem manifeſtant: qua cognita, expetita diſtantia atque inclinatum iter facile deprehendi poſſunt. Addimus tamen & hoc, ſine cœleſtium inſpectione poſſe inueniri lineā meridianam & ex conſequenti reliquas plagarum inclinationes, nempe per magnetem, quo hodie paſſim nautæ & ingenioſiores uiatores utuntur. At poli eleuatio ſine ſuperiorum inſpectione haberi nequit. Cæterum meteoroſcopia inſtrumenta,

manifeſtant diſtantiarũ dimenſionem & locorum ſitus per ſolis & lunæ, reliquorumq́; ſyderum, ſupra quoſque ciuitatum & locorum horizontes eleuationem, & per alia quæ in cœlo conſiderantur, ut ſunt eclypſes, pro quibus deprahendendis utimus aſtrolabijs & ſcioteris, id eſt, umbrarum obſeruatorijs inſtrumẽtis. Collatis cõſequenter duabus hiſtorijs, præfertur meteoroſcopia geometricæ, nam per eam reperitur directa duorum quorumq́; locorum diſtantia, et certus eorum ad æquinoctialem & polos mundi ſitus, præterea totus ambitus terræ, ipſiusq́; ad cognitam duorum locorum diſtãtiam ratio: idq́; ex his præſuppoſitis, quod maris & terræ una & cõtinua ſit ſuperficies, quodq́; terra pro maiori parte ſphæricæ ſit figuræ & centrum idem habeat cum centro ſphærarum cœleſtium: demum quod ſi terra ſuper centro ſuo plano aliquo ſecetur, communis ſectio ſphæricæ ſuperficiei terræ & eiuſdem plani ſecantis ſit maximus in terra circulus. Hæc, inquit, per geometricam tantum hiſtoriam, ſeu per ſolam obſeruationem diſtantiarum itinerum inueniri non poſſunt.

QVALITER A STADIORVM *numero alicuius diſtantiæ rectæ, licet non ſub eodem ſit meridiano, ambitus terreni ſtadiorum numeri accipiantur & econtra.* Cap. III.

QVi ante nos fuerunt, non ſolum rectam aliquam diſtantiam in terra inquirebant, ubi maximi circuli facit circũferentiam, ſed eam quoque, quę poſitionem in unius meridiani plano haberet: per Sciorerosq́ue obſeruabant ſigna duo, que ſuper uerticem erant diſtantię, iuxta circunferentiam, quę ſub ipſis intercipiebatur meridianis, quæ ſimilis eſſet itinere: quumq́; hæc ſingulatim, ut diximus, in plano conſtituebantur, lineæ rectæ, quæ per extremitates ad ſigna, quæ ſuper uerticem erant, egrediebantur, inter ſe concurrebant, quia centrum circulorum, commune erat coincidentiæ ſignum. Quanta igitur apparebat circũferentia, quæ inter ſigna erat uerticalia, ac pars eſſet circuli, qui per polos ſcribitur, tantam etiam ſupponebant in terra diſtantiam ambitus totius. Vnde ſi etiam non per polos circulum ſecũdum dimenſam ſumpſerimus diſtantiam, ſed à quolibet maximorum, propoſitum oſtendi poteſt. Idem nobis patebit, ſi per inſtrumentum, quò ſublimiora cõſiderantur, eleuatiões poli in terminis fuerint obſeruatæ, necnon poſitione animaduerſa, quam diſtantia ad alium habet meridianum. Per quod etiam Meteoroſcopium multa alia utiliſſima facile deprehendere poſſumus. Sed & quolibet die & nocte iuxta obſeruationis locũ eleuationem poli Borealis omniq́; hora ſitum meridionalem, necnon habitudines declinationum ad ipſum, hoc eſt, quales faciat angulos per uiam deſcriptus circulus maximus cum meridiano, ad ſignum quod eſt ſuper uerticem, per quos ſimiliter quæſitam circunferentiam ex ipſo oſtendimus Meteoroſcopio: & eam quoque quæ inter duos intercipitur meridianos, quum alij fuerint, quàm ęquinoctialis paralleli. Ita ut per talem modũ ſi ſolum diſtantia una recta in terra fuerit dimenſa, totus etiã numerus ſtadiorum, quos ambitus continet, inueniri poſſit. Per hęc inde reliquum, necnon aliorum itinerum interualla, etiã ſine dimenſione cognoſcunt, licet non penitus fuerint recta, neq; ſub eodẽ meridiano aut parallelo conſtituta dummodo id quod ad omnem inclinationem propriũ eſt, diligenter accipiatur, pariter & terminorũ eleuationes obſeruẽtur. Rurſus etiam per rationem circũferentiæ, quæ diſtantiam extendit ad circulum maximum, ſtadiorum quoque multitudo à deprehenſo totius terræ ambitu facile conſiderari poteſt.

In Caput tertium annot.

Oſtendit Ptolemaeus in hoc capite rationem inueniendi directam diſtantiam inter duo loca, & primo quidem ponit priſcorum geographorum rationem & modum. Deinde ſuper eadem ratione inueſtiganda, ſubiungit generalem quandam præceptionem, quæ ſcilicet conſiſtit in uſu

cuiuſdam inſtrumenti meteoroſcopij, cuius utilitatem in fine quoq; ponit. Ad inquirendum itaq; ſtadiorum ambitus terræ multitudinem, non tantũ ſub æquatore, uerum & ſub quolibet meridiano per utrũq; polum ducto obſeruatio fieri poteſt, puta ſi duo uerticalia ſigna ſeu puncta in eodem meridiano per inſtrumentum idoneũ obſeruentur, arcusq; cœleſtis interceptus in gradibus & minutis numeretur, id quod per poli borealis altitudinem facile fieri poteſt, quanta ſit itineraria diſtantia inter duo loca illis ſuppoſita, ſcietur quoq; abſq; difficultate. Nam duæ lineæ ex uerticalibus punctis ad centrum terræ ductæ, abſcindunt tantum ſpacium de ambitu terræ, quantum termini earum intercipiunt in circulo cœleſti: Vt ſi uerticalis puncta in cœlo intercipiant decem gradus, lineæ hinc ad centrum mundi ductæ, in ſuperficie terræ includent quoq; decem gradus terreſtres. Cumq; illis reſpondeant 150. miliaria germanica, conſequens erit totum ambitum terræ ſecundum maximum circulum complecti miliaria germanica 5400. Plinius collegit ſtadia 252000. facientibus 700. ſtadijs unum gradum, Ptolemæus uero dicit 500. ſtadia reſpondere uni gradui. Aequa itaq; proportio eſt inter portionem ſeu intercapedinẽ cœleſtẽ, quam poſuimus eſſe decem graduum, & inter diſtantiã terreſtrem, utraque intercapedine ad ſuum relata circulum. Porrò quando ultrà dicitur, omni die ac nocte in obſeruationis loco, eleuationem borealis poli poſſe deprehendi, id uerũ eſt quando ſol interdiu & ſtellæ noctu uideri poſſunt. Nouit enim Aſtronomus cottidie, in quo ſigno & gradu ſit ſol, nouit etiam quot gradibus ſinguli ſignorum gradus declinent in ecliptica ab æquatore, & illi additi eleuationi horizontali aut ſubtracti ab ea, manifeſtant eleuationem æquatoris. Eleuatio autem æquatoris ſubtracta à 90. gradibus, poli oſtendit altitudinem. Supputatio iſta commodius fit in meridie. Quod ſi idem noctu inueſtigare uolueris, neceſſe eſt ut obſerues ſtellam aliquam tibi notam et cuius ſcias declinationẽ ab æquatore, eleuationem'que eius ſupra horizontem aduertas, & agas ut prius egiſti cum ſole. Quomodo uero omnis hora ſitus meridionalis in certo loco à ueteribus per inſtrumentum fuerit deprehenſus, præſertim quando ſolares radij non apparuerunt, non ſatis conſtat, ſicut nec perſpicuum eſt, quale inſtrumentum fuerit meteoroſcopium, quippe quod Iohannes de monte regio cenſet parum aut nihil differre ab armilla, Vernerus uero plurimum differre ſentit, at noſtro æuo facile omni hora per magnetem deprehenditur linea meridiana. Et quod ſequitur in textũ: Nec non habitudines declinationum ad ipſum, hunc habet ſenſum: quantum quis ab ipſo meridiano declinauerit, ſeu quamcunque agat uiam, id ſcire poterit per meteoroſcopium, ſicut & qualem angulum ſcriptus per eiuſdem itineris ſpacium circulus maximus ad eandem lineam meridianam conſtituat, quod & magnes nobis hodie manifeſtat, præſertim ubi uiſus in planicie libere emitti poteſt ad locum quem obſeruare conamur.

QVOD EA QVAE EX APparentibus obſeruata ſunt, præferri debeant ijs, quæ ex peregrinationis comperta ſunt hiſtoria.

Cap: IIII.

IGitur; quũ hæc ita ſe habeant, ſi ij, qui particulatim regiones peragrarũt, talibus quibuſdam obſeruatiõibus uſi fuiſſent, certam penitus orbis deſcriptionem facere potuiſſent. Verum quum ſolus Hipparchus, nobis paucarum ciuitatũ (reſpectu tantæ multitudinis, quã in Geographia deſignare neceſſe eſt) eleuationes poli Borealis tradiderit, easq; eidẽ ſubiectas parallelo. Quidã uero cum illis pariter loca quædã oppoſita, nõ quę ęqualiter ab æquinoctiali diſtarent, ſed quæ planæ ſub eodem eſſent meridiano, ex eo quod mutuæ eorum nauigationes ſecundæ ad arctũ uel nothum tenderent. Diſtantiæ uero quam plurimæ, & præcipuæ illæ, quæ ad ortũ uel occaſum uergunt, imperfectiorem aſſequutę ſunt traditionem: non incuria eorum, qui hiſtorias condiderunt, ſed ideo forſitan, quia cõſiderationes Mathematicales nondum exacte erãt perceptæ, nec adhuc multæ defectiões Lunares eodẽ tempore, in locis diuerſis obſeruatæ fuerãt. Nam literis mandatũ eſt Eclipſim eam, quæ hora quinta in Arbelis accidit, Carthagini apparuiſſe ſecunda. Ex quibus manifeſtum redditur, quot temporibus æquinoctialibus inter ſe loca diſtent, ad ortum uel occaſum. Rationabile quoq; erit,

& his cõſequens, cum qui Coſmographiam tractare uelit, ea loca, quæ per diligentiores obſeruatiões deprehenſa ſunt, deſignationi ſuę tanquam fundamenta quędam præſupponere, quæ uero ab alijs tradita ſunt, his adaptare, quouſque poſitiones eorum inuicem, cum ijs, quæ prius fuerunt obſeruata tanquam traditionibus certiora, pouſſimum congruant.

In Caput quartum annot.

Docet in hoc capite Ptolemæus in luſtrando orbe aut deſcribenda particulari regione, ſubijciendum in primis aptum fundamentum, & ſecundum rectam ſymmetriam ponenda loca, quorum longitudines per defectus ſolares aut lunares, latitudines uero per organa mathematica inueſtigandæ ſunt. His diligenter obſeruatis, licebit deinde connectere & alia loca, quorum poſitiones in longitudine & latitudine non tam certa ratione ſunt deprehenſæ, atque cum prioribus ac certis illis locis, loca illa poſteriora & incerta ſic adaptare, ut eorum in ſubiecta deſcriptione poſitiones, ueris eorum in terra ſitibus quàm maxime congruant. Vt ſi imperator aut princeps aliquis cuperet ex arte deſcribendam Germaniam, quatuor ad munus mathematici eſſent conſtituendi, qui meridianos obſeruarent occidentalem & orientalem, tempore eclipſis lunaris. Per initium eclipſis, intellige initium totalis defectionis, & non initium primi in tenebras illapſus, quod tam exacte à pluribus non poſſet obſeruari. Vnus itaque obſeruaret hic Baſileæ, alius in Holandia, ubi Rhenus mare ingreditur, & hi limitem occidentalem certiſſimum deſignare poſſent. Alij duo ſtatuendi eſſent ab ortu Germaniæ, unus in Vienna Auſtriæ & alius in Dantiſco aut propè, qui limitem deſignarent orientalem. Quibus habitis, facile inter media loca ſubſidio itinerum & eleuationum polarium inſcribi poſſent. Itaque ſi ueteres talibus obſeruationibus fuiſſent uſi, idoneam potuiſſent facere orbis deſcriptionem. Hipparchus quidem memoratur in paucis ciuitatibus eleuationes borealis poli tradidiſſe, præſertim quæ ſub eiſdem iacent parallelis. Quidam alij poſt eum & aliqua loca ſignarunt, quæ ſimpliciter ſub eiſdem ſita erant meridianis, id quod ex nauigationibus in ſeptentrionem aut auſtrum collegerunt. Non enim eo tempore plures in orbe fuerunt in mathematica edocti, qui ſimul in diuerſis locis lunares obſeruarent defectiones, à quibus potiſſimum regionum petenda eſt longitudo. Aut ſi fuerunt, mutuam ſui cognitionem non habuerunt, nec obſeruatas defectiones mutuo communicarunt, ſicut poſtea factum eſt, quando unus in Arbelis, alius in Carthedone unam & eandem obſeruarunt eclipſim. Vbi notandum, Arbelas urbem eſſe Aſſyriæ, ubi olim Alexãder Magnus ſtrauit exercitum Darij, cuius longitudinem Ptolemæus ſignat gradus 80. Carchedon uero putatur eſſe Carthago, cuius longitudinẽ idẽ Ptolemæus ſignat gradus 35. Subtractis autem 35. gradibus à 80. gradibus, remanent 45. gradus, qui faciunt tria tempora æquinoctialia, id eſt, tres horas. Alij tamen per tempora æquinoctialia intelligunt gradus æquatoris, eo quod reuolutione æquatoris per raptum primi mobilis, conficiantur anni, menſes, dies, noctes, horæ & horarum minutia.

QVOD HISTORIIS NOVISSI*mis magis ſit adhærendum, propter mutationes, quæ per tempora accidunt in terra.* Cap. V.

IGitũ deſcriptionis aggreſſio, tali forſitan cõtinet propoſito: uerũ quum in omnibus locis, quę nõ penitus uel propter magnitudinis exceſſum, uel quia nõ ſemper eodem ſe habeant modo, deprehenſa ſunt, ſemper unũquodq; tempus hiſtoriam, tãquã certiorẽ pręferre ſolet: ita etiam in Geographia accidit. Conſtat enim per ipſam tẽporum traditiones, multas partes cõtinẽtis terrę, quę à nobis habitãr, nondũ propter difficilem magnitudinis peragrationẽ ad notitiã perueniſſe. Quaſdam uero nõ tales ac ferr̃ eſſe, eorũ culpa qui hiſtorias exceperũt fabuloſiſſimas. Nonnullas autẽ nũc lõge aliter q̃ olim habere, uel propter particulares earũ deuaſtationes, uel etiã immutatiões. Vnde neceſſe eſt ut ibi nouiſſimis tẽporis noſtri traditionibus, penitus quaſi adhæreamus, obſeruãtes obiter & hiſtoriæ antiquæ expoſitionẽ, necnon prædictorũ dijudicationem, ut liquere poſſit, quid fide dignum, quidue ſit erroneum.

In Caput quintum annot.

Oſtendit hactenus Ptolemæus quibus cautelis uti oporteat geographum in regionũ deſcriptione, ut ſcilicet

ut ſcilicet locorum diſtantias iuxta illam ſymmetriam & proportionem quam in terræ ſuperficie habent tabulis imponat, nunc docet, ut cautus quoque exiſtat in deſignandis limitibus regionum & ſatrapiarum ſeu prouinciarum atque alijs particularibus locis inſerendis, accommodans ſeſe temporibus ſuis, innitensq; ueris hiſtorijs & relinquens ea quæ fabuloſe à quibuſdam traduntur: Et quamquàm terra ſemper maneat eadem atque in eadem forma & diſpoſitione, quædam denique regna ac territoria hodie ſic ſeſe habeant ut olim, nihilominus temporis ſucceſſu grandes fiunt mutationes in ipſis regnis, territorijs, populis & ciuitatibus. Delentur enim nonnunquam regna aut transferuntur, exurgunt'que noua, ſic multæ nationes in unam contrahuntur, aut una in plures ſegregatur, ſolitudines fiunt habitabiles, & habitabilis redigitur in ſolitudinem. Inſignia nemora exciduntur & fiunt habitatio hominum, ciuitates'que magnæ abolentur & oriuntur aliæ. Vbi eſt hodie florentiſſimum illud Macedoniæ regnum, ubi Epiri regnũ, ubi Athenienſium, ubi Lacedæmoniorum, cæterarumq; inſignium Græciæ ciuitatum imperium? Vbi Carthago, ubi Tyrus, ubi denique Roma cum ſuo imperio? Et é diuerſo uidemus; quomodo ſolitaria illa, & ut Taciti utar uerbis, ſqualida & triſtis cœlo Germania, à Ptolemæi temporibus creuerit in cultißimam terram, innumeras habẽs regiones, urbes & populos. Sic Sarmatiam Europeam hodie in plurima uidemus partitam regna, ubi olim uix unum fuiſſe conſtat. Nam habet Vngariam, Poloniam, Moſcouiam, Lithuaniam, &c. Exortum eſt quoque poſt Ptolemæi tempora regnum Daniæ, regnum Norbegiæ atque Suetiæ. adinuentæ ſunt nouæ inſulæ, explorata tota Africa, & ut ſemel dicam, tota facies terræ eſt innouata, aliamq; induit formam. Rectè ergo præcipit in hoc capite Ptolemæus, ut in deſignandis regnis, & in Satrapiarum circumſcribendis terminis atque in collocãdis particularibus locis, utamur eis authoribus, qui noſtro tempori uiciniores extiterunt, aduertentes, quod illorum ſcriptum ueritati conſentiat, quodq; alienum ſit à ueritate.

DE GEOGRAPHICA MARINI enarratione. Cap. VI.

MArinus itaq; Tyrius, nouiſſimus eorũ qui noſtro fuerunt tẽpore, parti huic ſummo ſtudio incubuiſſe uidet̃. Patet enim plurimas cũ hiſtorias euoluiſſe, ultra eas etiam quæ prioribus cognitę fuerãt temporibus ac ſcripta ferè omniũ qui eum præceſſere, diligentiſſime percepiſſe. Quoniam ea quæ minus decenter, tã à priſcis illis, quàm à ſemetipſo credita fuerãt, decenti primum rectificatione exornauit: quemadmodum ex æditionibus ipſius emendationis tabulæ Geographicæ (nam plures ſunt) cõſiderare licet. Proinde, ſi cerneremus, nihil in ultima ſua deeſſe cõpoſitiõe, poſſemusq; ex ſolis monumẽtis illis, orbis deſignationẽ perficere, nullũ ulterius in hac re laborẽ ſuſciperemus: uerũ cũ manifeſte liqueat, quædã eum cũ minus fide digna perceptione collegiſſe, ſæpius ꝑterea in deſcriptionis inſtitutione, nec facilitatis, neq; de dimẽſionibus debitã curã habuiſſe: iuſte moti ſumus, ut uiri huius negociũ ſuſceptũ, quantũ operęprecium arbitramur, ad rationabiliorẽ, et utiliorem reduceremus modum: Quod quidem ꝙ ſuccinctius poſſimus, facere conabimur, conſiderantes, breuibus nos ea, quę ad utrãq; ſpeciẽ conferũt, ratione quadã cõſequi poſſe. Ac primũ quidem ab hiſtoria initiũ faciemus, ſecundum ꝙ exiſtimat ipſe, & lõgitudinem terræ cognitę plus ad orientẽ, latitudinem uero ad meridiẽ ꝑduci oportere. Deinde forſitã nõ inepte totius ſuperficiei diſtantiã, ab ortu occaſum uſque, longitudinẽ, cã uero quæ eſt ab arcto, meridiẽ uerſus, latitudinẽ uocabimus. Quoniã & parallelos, iuxta motũ cœleſtẽ, eodẽ appellabimus nomine. Sed & uniuerſaliter quidẽ diſtãtiæ maiori, recte lõgitudo eſt attribuẽda: ſiquidẽ planè hoc ab omnibus conceſſum eſt, ꝙ orbis terrarũ diſtãtia, ab ortu uerſus occaſum, longe maior exiſtit, quàm ea quæ à ſeptentrione eſt ad meridiem.

In Caput ſextum annot.

Fuerunt multi ante Ptolemæum qui orbis deſcriptionem parare tentarunt, & id quidem tunc commodius quàm hodie efficere potuerunt, quod tunc imperia latißime paterent, & docti apud cunctas nationes etiam barbaras celebres haberentur, hodie autem apud Turcicam gentem atque

Tartaream, quæ maiorem orbis occupant partem, nullius ſunt precij, quippe qui nullas curant diſciplinas, nec licet tuto adire eos: non ſic olim, quanquam non ignoremus in profectionibur militaribus, multas fuiſſe deſcriptas regiones. Itaque inter eor qui ante Ptolemæũ ſcripſerunt, Marinus præ cæteris commendatur, quippe qui diligentius alijs in Geographia ſcripſit, quanquam ſcripta illius in quibuſdam non careant reprehenſione. Nam nonnunquam ſic ſemet inuoluit, ut longitudinem pro latitudine & contrà latitudinem pro longitudine poſuerit. Deinde, quod non docuit, quo pacto orbis deſcriptio fieri in plano debeat, & tertio longitudinem & aliquando latitudinem maiorem fecerit quam arr ipſa exegerit. Hæc tria conatur Ptolemæus corrigere, idq; in ſequẽtibur libris. Definit præterea in calce huius capitis longitudinem et latitudinem, aſſerens terræ ſpacium, quod ab ortu in occaſum porrigitur appellari longitudinem, & quod ab auſtro in ſeptentrionem uergit uocari latitudinem. Non autem inepte hæc parr quæ ab ortu ad occaſum uergit uocatur longitudo, nam eſt multo longior ea parte quæ ab arcto in notũ porrigitur.

Rectificatio diſtantiæ latitudinis terræ cognitæ, ex apparentibus ſecundum Marinum. Cap. VII.

PRIMVM igitur latitudinis terminum præſupponit ipſe Thylen, ſub parallelo, qui borealiſſimã terræ nobis cognitæ partem ſegregat. Parallelum uero hunc demonſtrat ab equinoctiali diſtare ad ſummum partibus 63. qualium eſt circulus meridianus trecentarum ſexaginta: ſtadijs uero milibus triginta, ac inſuper mille quingentis, ita, ut pars unà quingenta fermè comprehendat ſtadia. Deinde Aethiopum regionem quæ uocatur Agiſymba, & Praſſum promontoriũ ſub eo ponit parallelo, qui auſtraliſſimum terræ cognitæ finit terminũ, quem etiam ſub hyberno ponit tropico: ita ut ſecundum ipſum, tota orbis latitudo, iũcto trop co hyberno partium fiat octuaginta ſeptem, ſtadia uero compleat quadraginta & tria milia quingenta. Quinetiam rationabiliter finem auſtralis demonſtrare conatur, per apparentia quędam, ut ipſe putat, necnon per itinera, quæ & terra & mari hiſtorijs ſunt prodita, quæ ſingula quaſi ex tranſcurſu cõſideranda erunt. Sanè in enumeratione apparentiũ, cõpoſitione ſua tertia, ita ait: Zodiacus in zona torrida totus ſup ipſam apparet, quapropter in ea tranſmutantur umbræ ac omnia aſtra occidunt & oriuntur. Sola autem Vrſa minor tota ſupra terrã apparere incipit, in borealioribus Ocele, ſtadijs quinq; milibus quingentis. Parallelus enim per Ocelem partibus eleuat̃ undecim ac quinta duplici. Ab Hipparcho autem traditur, minoris Vrſæ ſtellã borealiſſimã, ultimam autem caudæ, à polo diſtare partibus duodecim, quintisq; duabus. Porrò ijs, inquit, q ab æquinoctiali ad æſtiuum progrediuntur tropicum, polus borealis ſemp plus ſupra horizontẽ attollit̃, auſtralis uero, plus ſub horizonte deprimitur. Qui uero ab æquinoctiali ad brumalem pergũt tropicũ, ijs polus auſtralis ſupra horizontẽ eleuatur, borealis uero ſub horizõte mergitur. gitur per hęc ſolũ exponit quæ accidere debẽt locis, quę ſub ęgnoctiali ſunt, uel inter tropicos poſita. At qui, ſi etiã ita ſe habeat hiſtoria, apparentia tamen in locis, æquinoctiali auſtralioribus, nequaquã appoſuit, uelut i quænã ſtellæ ſuper uerticẽ fiant, in locis illis, quæ ægnoctiali ſunt auſtraliora, aut quãtũ ad auſtrũ declinẽt umbræ meridianę in ęquinoctijs, utrumue Vrſę minoris ſtellæ omnes oriant̃ & occidant: ac rurſus quænã ex ipſis penitus nõ appareãt, quũ polus auſtralis ſuper horizontẽ eleuat̃. In cęteris inde dicit, quędã obſeruata eſſe apparentia, uerũ nec illa propoſitum ullo pacto oſtẽdere poſſunt. Ait enim eos, qui ex India in Lymiricẽ nauigãt (quẽadmodũ narrat Diodorus Samius in tertio) Taurum in medio habere cœlo, Pleiades uerò ſecũdum antennas medias. Qui uerò ex Arabia in Azaniam feruntur. nauigationem dirigere ad meridiẽ, & ſtellam Canobum, quæ ibi Equus uocatur,

catur,eſtq́ʒ auſtraliſſima. Cæterũ aſtra quędam apud illos apparẽt,quæ apud nos ne nominanť quidẽ.Canisq́ʒ Anticane prior oriť & Oriõ ante cõuerſiones æſtiuas totus.Ex his igiť ſtellis apparentibus , quædam manifeſte oſtendũt, quænã habitationes æquinoctiali ſint borealiores,ueluti Taurus & Pliās,quæ ſup uerticẽ fiũt , nam aſtra hæc æquinoctiali ſunt borealiora,quędam aũt nihilo magis borealioribus auſtraliores eſſe demonſtrãt.Canobus enim apparere poteſt etiã ijs,q longe æſtiuo tropico ſunt ſeptentrionaliores. Multæq́ʒ ſtellæ , quæ ſemper apud nos ſub terra ſunt,in locis q nobis ſunt auſtraliores,ac etiã ijs qui æquinoctiali ſunt borealiores,uelut ijs,q circa Meroẽm habitãt , ſuper terrã fiũt. Quẽadmodũ Canobus ipſe, qui nobis borealiorib. hic minime apparet.Et hũc quidẽ meridionaliores,& nullũ aliũ,q nobis ſit incognitus, Equũ uocitant. Adijcit & ipſe mathematicis ratiõibus deprehenſum eſſe, Orionem totũ ante cõuerſiones æſtiuas apparere, ijs q ſub æquinoctiali habitãt.At canis oriri incipit,priusq́ʒ Procanis,ijs,qui ſub ęquinoctiali habitãt,& ab ipſis Syenem uſq́ʒ,ita,ut nec horũ quoq́ʒ apparẽtium peculiare exiſtat,oſtẽdere habitationes aliquas, æquinoctiali eſſe auſtraliores.

In Caput ſeptimum annot.

Adducit Ptolemæus in hoc capite erratum Marini , quod de latitudine & lõgitudine uniuerſali orbis habitabilis poſuit,examinatq́ʒ ipſum et emendat. Latitudinem orbis habitabilis in utranque æquinoctialis partem ſupputauit Marinus eſſe graduum ferè 87. conatur que id probare per ſigna cœlitus apparentia & profectiones itinerarias nauigationesq́ʒ. Ptolemæus uero iſta apparentia taxat,oſtenditq́ʒ ea eſſe inefficacia , ad ſtabiliendum propoſitum Marini.Nam eorum quædam ſunt talia,quæ indicant habitationem aliquam eſſe , deuiantem ab æquinoctiali in boream : nonnulla uero talia ut æque ſeptentrionalibus & auſtrinis , ultra æquinoctialem ſcilicet & citra,habitantibus congruãt,ac locum aliquem cõmonſtrent, qui non minus ſeptentrionalis quàm auſtrinæ ſit latitudinis. Et ut id magis fiat perſpicuum , author recenſet in litera cœleſtia illa apparentia, &c. Ocele emporium eſt in Arabia felice , littore maris rubri ſub parallelo undecim gradibus ab æquatore diſtante ſitum. Cæterum ſtella ultima caudæ urſæ minoris,quã Hipparchus ſcribit ſuo æuo diſtitiſſe à polo partibus duodecim,quintis que duabus, hæc noſtra ætate diſtat à polo gradibus quatuor & minutis nouem. Declinat enim ab æquatore gradibus 87. & minutis 51. Poteſt igitur tota urſa minor nedum in Ocele , uerum & in locis æquatori uicinioribus uideri. Limyrice regio eſt in India,ſita inter fluuios Pſeudoſtomum & Barium,habens ſcilicet in longitudine gradus 118. & in latitudine gradus 15. In ea regione Taurus tenet uerticem capitis ſicut & Pliades ſecundum antennam mediam , id eſt, mediam nauigantium tenent antennam. Azania regio eſt in Aethiopia ſub Aegypto, ſita ſub æquatore haud procul à mari rubro. Porrò Canobus quem nauigantes ex Arabia obſeruãt, ſtella eſt meridionalis primæ magnitudinis diſtans ab æquatore gradibus circiter quadraginta nouem quæ in tota Europa uideri nequit. Nam diſtat à polo antarctico 41. gradibus: polus autem ille nobis mergitur 47. gradibus,atque ideo aſtra multa apparent habitantibus ultra æquatorem , quæ apud nos ne nominantur quidem. Cæterum quando Ptolemæus dicit canem priorem oriri anticane, notandum quod per canem hic intelligitur canis maior, qui ab æquatore uerſus auſtrum declinat 16. gradibus. Anticanis uero eſt canis minor,qui alio nomine uocatur Algomeiſa, diſtans ab æquatore uerſus ſeptentrionem gradibus ſeptem. Habitantibus ergo ultra æquatorem , canis prior oritur anticane propter obliquitatem horizontis , & quod duodecim gradibus occidentalior eſt in cœlo anticane. Alij intelligunt per ortus iſtos egreſſiones matutinas è radijs ſolis. Nam Marini tẽpeſtate aſtra hæc erant in tauro & geminis , ideo antequam ſol cancrum accederet,mane à radijs egrediebantur, nunc uero ſecus.

Eadem rectificatio ab emenſione itinerum. Cap. VIII.

PRoinde in itinerũ emenſione,dum per terrã ſingulatim profectionũ cõputat dies,à Lepti magna uſque ad regionem Agiſymbã,hãc æquinoctiali auſtraliorem eſſe ſtadijs quatuor milibus ſexcentis

octuaginta colligit. Rurſusq́ ſecundū dies nauigatiōis per mare, à Ptolemaide, quæ eſt in Troglodytica, ad Praſſum promōtorium, æquinoctiali id auſtralius eſſe colligit, ſtadijs uiginti & ſeptē milibus octingētis, ita ut et Praſſum promontoriū, & Agiſymbam regionem, quæ Aethiopū eſt, & quæ, ut ipſe dicit, nec dum Aethiopiam ab auſtro diſterminanr, ad oppoſitum eorū producar, qui gelidam inhabitanr zonam. Siquidem uiginti ſeptem milia et octingenta ſtadia, cōſtituunt in æquinoctiali partes quinquaginta quinq; & rertias quinque, quot & ab altera æquinoctialis parte diſtāt, ac ſub ſimilis frigiditatis qualitate, Scythæ degūt & Sarmatæ, qui ſeptētrionalia Mæotidis incolunt paludis. Contrahit igitur & ipſe numerum expoſitorū ſtadiorū in ſummam dimidio minorem, hoc eſt, in ſtadia duodecim milia, quot fermè hyemalis tropicus diſtat ab æquinoctiali. Addit & cōtractionis huius ſolummodo diuerſiones à uijs rectis, necnō irregularitates itinerū cauſas eſſe, obmiſſis potioribus & prōptioribus, ex quibus nō ſolum diminutio neceſſaria uideτur, ſed etiam ut ad tam paruum redigatur numerū. Primum enim de itinere quo à Garama ad Aethiopiam itur, Septimium Flaccum, air, qui in Libya militauerar, à Garamātibus, ad Aethiopes, quum ad meridiem perrexiſſet, trium menſium ſpacio perueniſſe: Iulium uero Maternū à Lepti magna, quū Garamātes ex Garama Aethiopes inuaſiſſent, menſib. quatuor ad Agiſymbam Aethiopū regionem applicuiſſe, quū iter ſemper ad meridiem direxiſſet, quo in loco Rhinocerotes congregantur. Quæ utraq; etiam per ſeſe incredibilia ſunt, & quia Aethiopes interiores, non tantum à Garamātibus ſegregantur, ut trimeſtri diſtent itinere. Quum iam ipſi potius Aethiopes exiſtant, & eundem quem & illi habeanr regem. Et quia penitus ridiculū eſt, incurſionem regis cōtra ſubditos ſuper unam diſtantiam ſolam factam fuiſſe, nempe à ſeptentrione ad meridiē: quū gentes illæ, utrinque, & ad ortū & occaſum latiſſime extendantur, ac nullibi eū moras relatu dignas feciſſe. Quapropter certū eſt, uiros illos falſa nunciaſſe, aut ſic ad meridiē dixiſſe, quemadmodum indigenæ dicere conſueuerunt in Auſtrum, aut in Apbricū, pro certiori, eo quod magis notum eſt, abutentes.

In Caput octauum annot.

Voluit Marinus oſtendere latitudinem terræ auſtralem terminari ſub tropico brumali, conatusq́; eſt id probare duabus profectionibus, una terreſtri, alia nautica, ſed quam inepte id faciat, luculenter Ptolemæus in hoc capite oſtendit, dum Agiſymba interioris Aethiopiæ regnum ſecundum illum computum gelidæ ſubijceretur zonæ, hoc eſt, quinquaginta quinque gradibus diſtaret ab æquatore. Quod autem gelidæ zonæ ſecundum hanc dimenſionem ſubijceretur, patet ex oppoſito parallelo, qui ſcilicet quinquaginta quinque gradibus uerſus aquilonem ab æquatore diſtat, cui ſubijciuntur Scithæ & palus Meotica. Si itaque Scythæ & Sarmatæ ſub Scytharum parallelo habitantes, gelidā inhabitant zonam, utiq; & hi qui uerſus auſtrum quinquageſimo quinto ſubijciūtur parallelo, gelidam inhabitabunt zonam, habebuntq́; ſimilem aeris qualitatem, quam Scythæ memorati habent. Pari ratione nauigatio illa reprehenditur, quæ iuxta Marini aſſertionem à Ptolemaide Troglodytica ad Praſſum promontorium facta eſt. Cæterum Leptis magna in Africa minore inter duas ſyrtes locum habet, uocaturq́; alio nomine Neapolis, habens in longitudine gradus 42. & in latitudine 31. Garama uero eſt metropolis Garamātum in Libya interiori, habens in longitudine gradus 43. & in latitudine 21. diſtans ſcilicet decem gradibus à Lepti magna uerſus auſtrum. Ptolemais Troglodytica eſt in Aethiopia ſub Aegypto, habens in longitudine gradus 66. & in latitudine 16. Agiſymba regio eſt ultra æquatorem, habens in longitudine gradus triginta duos, & in latitudine decem. Praſſum promontorium habet in longitudine gradus 80. & in latitudine meridionali gradus quindecim. Porrò cum Marinus abſurditatem ſuam cognouiſſet, molitus eſt ſic euadere, ut ſtadiorum multitudinem dimidiaret propter itinerum uarios flexus, ſed huius uanitatem refellit Ptolemæus.

Eadem

Eadem rectificatio à nauigationibus exactis Cap. IX.

POſtea de nauigatione in
ter Aromata & Rapta,
Diogenẽ quendã ait, qui
in Indiã nauigarat, ac ſe-
cũdo fuerat reuerſus, quũ
prope Aromata, nauigaſſet à Septẽtri
one arreptũ eſſe: quumq; Troglodyti
cam à dextra habuiſſet, diebus uiginti
quinq; ad paludes, ex qbus Nilus fluit
applicuiſſe, quibus Raptorũ promõto
riũ paululũ eſt Auſtralius. Theophilũ
autẽ quendã ex ijs, qui in Azaniã naui
gare cõſueuerũt, à Raptis ſoluiſſe, ac
Auſtri flatu, die uigeſimo ad Aroma-
ta peruenilſe. Verũ neuter horum, ꝗt
dierũ nauigatio illa eſſet, aperuit, ſed
Theophilus ſe die uigeſimo illac ap-
plicuiſſe, Diogenes uero dieb. 25. Tro
glodyticã, prȩternauigaſſe dixit, ſolũ
referẽtes quot diebus nauigaſſent, mi-
nimè aũt aduertentes, quot dierũ naui
gatio illa, propter uentorũ in tãto tem
pore irregularitatẽ & immutationem,
eſſet, neq; utrũ tota nauigatio illa ad ſe
ptẽtrionẽ, aut meridiẽ facta fuiſſet. Ve
rũ Diogenes ſe tantũ ſeptẽtrione im-
pulſum eſſe. Theophilus autẽ ſolẽ au
ſtro nauigaſſe retulit: reliquã aũt naui-
gationẽ ꝗd eundẽ ſemꝑ tenorẽ ſerua-
uerit, neuter dixit. Quod enim nauès
illȩ tot diebus, eodem fuerint impulſæ
uẽto, haudquaq; eſt credibile: ac ideo
diſtantiã eã, quã Diogenes inter Aro-
mata & paludes, quibus Raptũ ꝓmon
toriũ auſtralius exiſtit, 25. emenſus eſt
dieb. Theophilus à Raptis ad Aroma
ta, lõgè maiorẽ 20. dieb. exegit. Theo
philusq; diei ac noctis nauigationem
mille eſſe ſtadia ſuppoſuit: cui rei licèt
ipſe aſtipuleť, ait tamẽ nauigationem
eã, quȩ à Raptis ad Praſſum ꝓmonto-
rium ac multorũ eſt dierũ, 5000. tantũ
à Dioſcoro ſtadiorũ ſupponi: quũ fa-
cile, ut par eſt, uẽti ſub æquinoctiali mu-
tanť, ac ideo ſecũdum ipſum etiã ſolis
trãſitus ad obliqua celeriores ponunť.
Ob hæc igiť magis decuiſſet, ut relatæ
dierũ multitudini, fidẽ haud ꝓrſtitiſ-
ſet. Et ideo etiã, ꝗd omniũ manifeſtiſſi
mũ eſt, ꝗd Aethiopes & Rhinocerotũ
conuentũ ex oppoſito gelidȩ cõſtituit
zonȩ, quũ ratio ipſa dictitet om̃ia, quȩ
ſub eadẽ aẽris qualitate poſita ſũt eſſe
ſimilia, ſiue plantæ ſint, ſeu animalia,
imitariq; ſimilitudines cœli, q̃ ſub eiſ-
dẽ ſunt parallelis, aut illis q æqualiter
ab utroq; diſtãt polo. Quapropter Ma
rinus, ſolũ uſq; ad tropicũ hybernũ cõ
traxit diſtantiã, nulla rationabili cauſa
de contractionis quantitate reddita.
Quod ſi quis & dierũ numerũ & ſeriẽ
acceptaret peragrationũ, quẽadmodũ
ipſe fecit, hȩcq; ſeruaret, quantitatẽ ſo
lũ diurnorũ ſtadiorũ præter modũ &
conſuetudinẽ minueret, anteq; termi-
nus ad eũ perueniret parallelũ, ad quẽ
ipſe uenire cenſet oportere. Atqui cõ-
trariũ potius ſequi deberet. Nempe ut
poſſibilitati diurnȩ peregrinatiõis cre
deretur, tenori aũt perpetuo tam iuxta
æqualitatẽ, q; ſecundũ poſitionẽ, mini
me fides adhibereť, tanq; impoſſibile
exiſtat, ut diſtãtia inquiſita ꝑ hæc acci-
pi ualeat, aut illud ſolũ, ꝗd eo maior fi-
at ſub æquinoctiali: uerũ rectius ab ali
quo eorũ quȩ manifeſtius apparẽt, de-
prehẽdi potuiſſet, tale em̃ lõgè fuiſſet
certius, ſi quis magis mathematicalius
cõſideraſſet, quæ regionibus illis acci
dere ſolẽt. Verũ cũ hiſtoria talia p̃ſtare
nequeat reliquũ eſt, ut à ſimplicioribus
plenius cõſidereť rationabile quãtita-
tis ultra æquinoctialẽ egreſſionis. At
illa ꝑ formas & colores animaliũ, quæ
in locis illis ſunt, ꝑcipi poteſt. Vnde ſe
quiť, parallelũ ꝑ Agiſymbã regionẽ,
quȩ ſine cõtrouerſia Aethiopũ eſt, ne
quaq; ad hybernũ uſq; ꝑtingere tropi
cum, ſed citra æquinoctialẽ potius ter-
minare, nõ enim apud nos in oppoſitis
locis, hoc eſt, ſub tropico ȩſtiuo: homi
nes iam Aethiopũ colores habẽt, neq;
Rhinocerotes ſunt, aut elephãtes, ſed
in haud multũ illis auſtralioribus mo-
dice exiſtunt nigri: Quemadmodũ qui
intra Syenẽ triginta habitãt ſchœnis,
qualesq; ſunt Garamantes, quos Ma-
rinus ob hanc cauſam, nequaquam ſub
tropico æſtiuo, neque eo borealiores,

ſed

ſed prorſus auſtraliores ſedes habere, inquit, in locis uero circa Meroë, iam ſatis colore ſunt nigri, & primum Aethiopes meri, ibiq́; elephantum ac mirabiliorum animaliũ paſcitur genus.

In caput nonum annot.

Improbatis terreſtribus profectionibus, reprehendit hic author maritimas profectiones, ex quibus Marinus putauit finem totius Auſtralis latitudinis ſubiectum brumali tropico. Vnam harum nauigationum dicit Diogenem quendam feciſſe ab Aromatis ad Rhaptum promontorium 25. diebus Aquilone ſpirante, alterum uero dicit Theophilum quendam confeciſſe à Rhapto ad Aromata 20. diebus auſtro flante. Sed ex his nauigationibus Marinus non potuit certò deprehendere Agiſymbæ regionis & Rhapti promontorij receſſum ſeu diſtantiam ab æquinoctiali, cum non conſtiterit in quam mundi inclinationem cuiuslibet dici nauigatio facta extiterit, neque credendum ſit Diogenem eodem ſemper Aquilone fuiſſe impulſum, aut Theophilum unico Auſtri flatu reductum. Additur & tertia cuiuſdam Dioſcori à Rhaptis ad Praſſum promontorium nauigatio, quæ quinque tantum milium ſtadiorum ſupponitur, multis autem diebus impletam ait Marinus ob lentam uentorum ſpirationem, quæ ſub æquinoctiali ſolisq́; obliquatione fieri conſueuit. Siquidem uenti ſub æquatore ſunt tenues & facile mutabiles, quod ſolis uirtus uapores & exalationes conſumat, in frigidis uero & montuoſis locis ex materiæ multitudine uehementiores flatus procreantur, unde conſtat uelociorem eſſe nauigationem ad æquinoctialem quã ab æquinoctiali. Ex his itaq́; nauigationum diuerſitatibus Ptolemæus infert Marinũ non debuiſſe credere expoſitarum nauigationum diebus, ut eiſdem moueretur, Praſſum promontorium Agiſymbamq́; regionem brumali ſubiecta tropico. Subdit proinde Ptolemæus cauſam, ob quam Marinus prædictarum nauigationum ſpacia contraxerit uſque ad brumalem tropicũ. Nam ſi eas longius ab æquatore mouiſſet, coactus fuiſſet aſſerere, Agiſymbam regionem atque Praſſum promontorium, in quibus Aethiopes habitant, elephantesq́ue paſcuntur & rhinocerotum conuentus exiſtit, gelidæ zonæ ſupponi, quæ ſub oppoſita zona à tropico ſcilicet æſtiuo in ſeptentrionem uergente, nuſquam reperiuntur. Neceſſe enim uidetur, ut ſub oppoſitis parallelis ſimiles animantes, ſimiliaq́; plantarum genera pro ſimili aeris habitudine inueniantur. Refugiendum ergo eſt, quando certa ratio regionis alicuius haberi nequit, ad habitudines proprietatesq́; regionum atque locorum, nempe àd formas & colores hominum atque uaria genera animantiũ in eiſdem locis morantium. Ex his enim coniecturare licet, locorum ac regionum poſitiones reſpectu æquatoris. Et in hunc modum probari poteſt, Agiſymbam interiorum Aethiopum regnum, cuidam ſubijci parallelo, qui æquinoctiali propinquior exiſtat quam hybernus tropicus, cui eoſdem ſupponi Aethiopes credere par non eſt. Nam ſub oppoſito parallelo, hoc eſt, ſub æſtiuo tropico, non ſunt tam nigri homines quàm Aethiopes, neque rhinocerotes aut elephantes, ſed à Syene uerſus æquinoctialem ſchœnis, id eſt, funibus triginta, & prope Meroën primum excellenter nigricantes inueniuntur Aethiopes & elephantes. Notandum hic, ſchœnum triginta continere ſtadia, quam menſuram Herodotus Paraſangem appellat, & eſt paruum miliare Germanicum. Aromata promontorium & ciuitas eſt Aethiopiæ ſub Aegypto, habens in longitudine gradus 83. & in latitudine gradus 6. uel, ut infra dicitur, gradus 4. & minuta 15.

QVOD NON OPORTEAT *Aethiopes ſupponere meridionaliores, quàm ſit parallelus oppoſitus per Meroëm.* Cap. X.

QVapropter bene habet uſque huc, id eſt, Aethiopes uſque, quemadmodum nobis traditio hiſtorix de monſtruoſis, quæ in illis degunt oris explicat, conſtatq́; Agiſymbã regionem, & Praſſum promontorium, cum ijs quæ eidem ſubiacent parallelo, deſcribendam eſſe, ſub eo fermè, qui ipſi opponitur per Meroëm, hoc eſt, qui ab æquinoctiali meridiem uerſus diſtat partibus æqualibus ſedecim ac tertia una cum duodecima, ſtadijs uerò octo milibus ac ducentis ferè. Ita ut ſi tota latitudo exactius colligatur, partes ſint nouem & ſeptuaginta, tertia una cum duodecima, uel integræ octuaginta, ſtadia uerò milia quadraginta. Credẽdum præterea, diſtantiam eam, quæ eſt inter magnam Leptim & Garamam, quemadmodum & Flaccus & Maternus ſuppoſuerunt

poſuerũt, ſtadiorũ eſſe quinq; milium
quadringentorum. Siquidem uiginti
dies ſecũdi ſunt itineris, plus quàm pri
mi abbreuiati, tam ad meridiem quàm
ad ſeptentriones, quum primum pro-
pter diuerſiones dierũ ſit triginta: nam
& ſtadiorum numerum dierum uniuſ-
cuiuſq;, eos qui loca illa peragrarũt, ſæ
piſſime annotaſſe ferunt, non ſolum
quia ita commodum, ſed & propter e-
quationum diſtantias neceſſarium fue
rit. Proinde quemadmodum de uijs
magnis & raris dubitare oporter, præ-
cipue ubi diſtantiæ emenſæ haud con
cordant, ita de non magnis, ſed ſæpius
& à multis peragrantibus unanimiter
relatis, credere decet.

In caput decimum annot.

*Ponit Ptolemæus in hoc capite propriam ſen-
tentiã ſuper uniuerſalis latitudinis termino, quem
apud Agiſymbam regionem & Praſſum promon
torium conſtituit, aſſerens loca illa non ſub tropi-
co brumali poni, ſed ſub parallelo, qui opponitur
parallelo ducto per Meroën, id eſt, qui diſtat ab æ-
quinoctiali gradibus 16. & minutis 25. quæ faci-
unt ſtadia octo milia & ducenta. Concludit tandẽ,
uniuerſam cogniti orbis latitudinem non eſſe 87.
graduum aut ſtadiorum 43500. ut Marinus ſen-
ſit, ſed 80. tantũ graduum & ſtadiorum 40000.*

DE IIS QVAE AD LONGITV- *dinem orbis non recte à Marino ſunt excogitata.* Cap. XI.

IGitur ex his nobis plane
factum eſt perſpicuum,
quantum orbis latitudo
extendi poſſit: longitudi
nem uero Marinus conti-
neri facit ſub duobus meridianis, qui
interualla horaria diſterminãt quinde
cim: nobis uero uidetur & ea quoq; di-
ſtantiæ menſuratio plus extendi ad or
tum quàm oporteat, etenim ſi hic quo
que cõtractio facta fuerit rationabilis,
tota longitudo nõ integris duodecim
interuallis horarijs cõſtabit: quum in-
ſulæ Fortunatæ occidẽtaliſſimo termi
no conſtituãtur æquales, orientali aũt
immaniſſimę partes Serę, ac Sinæ, nec
non Cattigaræ. Porrò in diſtantia, quę
eſt ab inſulis Fortunatis ad Euphratis
tranſitum, per Hieropolim, ſi paralle-
lus, qui per Rhodum eſt, obſeruetur,
quadrabit numerus ſtadiorum per ſin
gula loca ab ipſo relatus, nam id ex fre
quẽti itineris uſu cõpertum eſt. Quin-
etiam ſi ex maioribus ratiocinatum fu
erit diſtantijs, apparebit, eum in rectifi
catione illius, quod propter diuerticu-
la & profectionum redũdabat irregu-
laritates, debitum aſſequutũ eſſe. Sed
& in hoc quoq; recte ſenſit, partẽ unã
qualium eſt circulus maximus tricen-
torũ ſexaginta, quingenta in terra cõ-
ſtituere ſtadia, id enim cõfeſſis dimen-
ſionibus cõſonũ exiſtit. Circunferen-
tiam aũt ipſi ſimilem, paralleli eius, qui
per Rhodum tranſit, hoc eſt, qui ab æ-
quinoctiali abeſt partib. triginta ſex,
quadringenta ferè comprehendere ſta-
dia, nam id quod iuxta conſentaneam
parallelorum rationem ſuperat, quũ in
exactiori deprehẽſione modicum exi
ſtat, obmittendum eſt. Cęterum diſtan
tiam eã, quę à prędicto Euphratis tran
ſitu, uſq; ad turrim eſt lapideam, ac per
ipſum eſſe colligit ſchœnorum octin
gentorum ſeptuaginta ſex, ſtadiorum
uero uiginti & ſex milium necnon du
centorũ octuaginta: eam præterea quã
ipſe à lapidea turri, uſq; ad Seras, quæ
Serũ eſt metropolis, uiæ ſeptimeſtris,
eſſe, ſtadiorũ aũt triginta ſex miliũ &
ducentorum aſſerit: utranq; tanquam
ſub eodem parallelo, ſecundũ inſtitu-
tum noſtrum, in debitam cõtrahemus
rectificationem. Quandoquidem con
ſtat, eum in ambobus itineribus nequa
quam minuiſſe id quod propter diuer-
ticula ſuperabundabat: quin in ſecun-
do etiam itinere in eoſdem incidiſſe er
rores, quibus & in itinere à Garaman-
tibus uſq; ad regionem Agiſymbam,
lapſus eſt. Nam & ibi quoq; collectũ
ſtadiorum numerum menſium quatu-
or, & dierũ quatuordecim plus quàm
in dimidiam partem cõtrahere fuit co
actus. Quum incredibile ſit, tam lõgo
tempore continuam peregrinationem
factã fuiſſe, ut rationabiliter ſpacium

ſeptem mẽſium attingere potuiſſet,& multo magis quàm in itinere à Gara/ mãtibus,nã illud à regionis illius Re/ ge,cum prouidentia,ut par erat,& nõ fortuito peragrari potuit,ſed & perpe tua ibi fuit trãquillitas: uia autem quæ eſt à Turri lapidea ad Seras uſq;, uehe mẽtiſſimis obnoxia eſt tẽpeſtatibus. Nam ex ijs,quæ ipſe ſupponit paralle/ lis,illis qui per Helleſpontũ & Byzan tiũ tranſeunt ſubiecta eſt.Quapropter multas etiã in eũdo moras accidere ne ceſſe fuit.Nam & per negotiatiõis oc/ caſionẽ cognita eſt. Refert enim Ma/ rem quendã, qui & Titianus uocaba/ tur,uirũ Macedonẽ, ac patre mercato re natũ, dimenſionẽ hãc cõſcripſiſſe, licet ipſe nunquã ad Seras acceſſiſſet, ſed ſolum quoſdã illac miſiſſet. Atqui et ipſe Marinus mercatorũ hiſtorijs ne quaq̃ fidem adhibere uidet̃.Nam Phi lemonis relationi, qua longitudinẽ in ſulę Hibernię ab ortu occaſum uſq; ui ginti dierũ eſſe tradidit, haud quaquã aſtipulat̃,quoniã uidebat̃ hoc à merca toribus percepiſſe,q̃s mercatura occu patos, ueritatis indagationẽ haud cu/ rare ait: quin ſæpius diſtãtias arrogãti quadã iactatione augere. Proinde de peregrinatione iſta menſiũ ſeptem,nil aliud memoratu dignum,quàm quãta fuerit,ab ijs,qui illam exegerant, rela/ tum eſſe,monſtro ſimile,ob temporis prolixitatem eſſe uidetur.

In caput undecimum annot.

Orbis cognitam longitudinem,quam Marinus poſuerat 225. graduum ab inſulis fortunatis uſq; ad Seras,Ptolemæus in hoc capite corrigit, contra bitq; totam hãc longitudinem in duodecim horarũ interualla,hoc eſt,in 180. gradus. Interuallum ue ro quod eſt à memoratis inſulis uſque ad Hierapo lim urbem iuxta Euphraten ſub parallelo Rhodia no ſitam,dicit rectè numeratum à Marino, diſta req; ab æquatore in ſeptentrionem gradibus 36. Conſentit enim interuallum illud breuioribus & particularibus locorum diſtantijs, per ſtadiorum multitudines ab eodem Marino explicatis. Siqui dem particularia illa interualla perpetuis fuerunt peragrata itineribus. Conſtat etiam ab eodem Ma rino fuiſſe obſeruatam rectam rationem partium paralleli per Rhodum,ad ſimiles ſectiones meridia ni uel æquinoctialis. Nam qualium meridianus cir culus exiſtit 360. talium partium unam ſuper ter ram ſubiectæ ſtadiorum quingentorum, ſimilem quoque partis unius circunferentiam in paralle lo Rhodiano, qui ab æquatore diſtat gradibus 36. ſuppoſuit propè ſtadiorum quadringentorum. Et ſi talis peripheria unius gradus pro ratione paral leli per Rhodum ducti ad meridianum collati paru lo ſit maior quàm 400. ſtadiorum,hæc tamen ſu peratio cũ ſit penè inſenſibilis,rectè uidetur à Ma rino prætermiſſa. Poſt hæc Ptolemæus taxat duas diſtantias à Marino ſignatas, quarum una à memo rata Hierapoli uſq; ad lapideam turrim complecti tur funes 876. ſeu ſtadia 26280. altera uero ab eadem turre uſq; ad Seram orientis terminum con tinet uiam ſeptem menſium,ſtadiorũ uero 35200. Ceterum Turris lapidea eſt in Saca regione,poni turq; à Ptolem. in ſeptima Aſiæ tabula.

Emendatio longitudinis terræ cognitæ à peregri nationibus. Cap. XII.

PRopter hęc itaq;,& quia iter non ſub uno ſit paral lelo,ſed turris lapidea po ſita ſit circa eũ,q per By/ zãtiũ, Seræ aũt magis au ſtrales,ſub eo,q p Helleſpõtũ ſcribit̃, rationabile uiſum fuiſſet,& hic quoq; multitudinẽ ſtadiorũ,quæ ex ſeptime/ ſtri collecta eſt itinere,triginta ſex mi liũ ac ducentorũ,minus q̃ in ſemiſſem diminuere. Cęterũ in dimidiũ, tanquã plenioris dep̃henſionis gratia tantum cõtrahunt̃,ita,ut expoſita diſtãtia eſſe cõputet̃ ſtadiorũ decẽ & octo miliũ,ac centũ,nec nõ quartę unius,partiũ uero quadraginta quinq; ac quarta una. Ete nim abſurdũ eſſet,& ſatis à ratiõe alie nũ, ut qs in utraq; uia tãtã ſupponeret diminutionẽ,ac in illa ab Garamãtib. ga argumenta reſiſterẽt,hoc eſt, p̃pter differentias animaliũ quę per Agiſym bã ſunt regionẽ,ac loca naturalia trãſ/ cẽdere nequeũt, ipſius ſequeret̃ opini onẽ: in illa tamẽ uia,quę eſt à turri lapi dea, ea quę ratiõi ſunt cõſona accepta re nolet, q̃niã ibi nullũ tale eſſet argu/ mentũ,ex q̃ ſimile qd ſequeret̃. Sed p̃ totã diſtãtiã,ſiue ea maior exiſteret ſi/ uę minor, ſimilem eſſe cœli qualitatẽ contenderet,

contenderet, ac ſi qs nequaq̃ rectè per modum philoſophię peculiarẽ coniectare poſſet, niſi in ijs, quæ pénitus manifeſta eſſent. Proindè diſtantiá prior, ea inquã, quæ ab Euphráte ad lapideã eſt turrim, octingentorũ ſeptuaginta ſex ſchœnórũ, propter uiarum diuerticula, ad octingentos ſchœnos tãtum; ſtadiá uérò uiginti quatuor milia cõtra herídá eſt. Credat̃ enim ei, quod in continuitate illa, & per partes cõmenſurátas, iamq́; peragratas, ueram aſſequutus ſit dimenſionem, quod uero diuerticula habeat plurima, ex ijs manifeſtũ eſt, quę Marinus ipſe ſupponit. Cõcedat̃ enim uiam, quæ ab Euphratis traiectu per Hierapolim eſt ad Tigrim, & inde per Garameos Aſſyrię, & Medię in Ecbatanas, & portas Caſpias, p Parthiãq; in Hecatonpylum, incidere circa parallelum, qui per Rhodum trãſit: nam ille ſecundũ ipſum etiã per dictas ſcribit̃ regiones. Viã tamẽ, quæ ab Hecatonpylo in Hyrcaniã ciuitatem ducit, ad ſeptẽtrionem déclinare neceſſe eſt, quũ Hyrcania ciuitas, q̃dammodó in medio poſita ſit paralléli, q p Smyrnam, & eius qui per Helleſpõtum eſt. Quapropter is qui Smyrnã tranſit; ſuper ipſam Hyrcaniæ regionẽ ſcribendus eſt, q uero p Helleſpõtũ, p partes auſtrales maris Hyrcani, quę parũ ſeptẽtrionaliores ſunt, q̃ eiuſdem nominis ciuitas. Rurſus uia ab hac in Margianã Antiochiã per Ariã, primo quidem ab Aria, quæ ſub codẽ parallelo ſita eſt, q per Caſpias trãſit portas, ad meridiẽ declinat: inde ad Arctós; quũ Antiochia illa collocata ſit ſub parallelo, q per Helleſpõtũ trãſit, à qua, uia quæ ad Bactra ducit, ptendit̃ ad ortũ: quę uero inde ſequitur ad aſcenſum regiõnis mõtanæ Comedorũ ad ſeptentriones. At illa, quæ per montana ipſa eſt, uſq; ad uallem; quę cãpeſtria excipit, ad meridiẽ tẽdit. Siquidẽ Borealia & occidentaliſſima mõtanæ regionis, ubi eſt aſcẽſus, ſub eo parallelo ponit; qui p Byzantiũ trãſit. Auſtralia aũt, et quæ ad ortum uergunt; ſub eo qui per Helleſpontum. Quapropter illam tradit reciprocam eſſe, ita ut modo ad ortum uergat, mox & ad auſtrum. Inde uiam, quæ ad turrim uſq; eſt lapideam ſchœnórũ quinquaginta ad arctos declinãre pár eſt. Etenim uallem, inquit, aſcẽdẽtes lapidéa excipit turris, à qua móntes qui ad ortum tendunt, monti coniungit Imao, qui à Palimbrotis inſurgit ad Arctum. Si igitur partibus ſexaginta, quæ ex uiginti quatuor milibus colligunt̃ ſtadijs, quot à turri lapidea uſq; ad Seras ſunt, partes adijciantur quadraginta quinq; & quarta, interſtitiũ ab Euphrate ad Seras uſq; per Rhodi parallelum partium erit cẽtum quinq; & quartæ unius. Quin etiam ex ijs quæ ipſe per particularẽ ſtádiorum numerum tanquam ſub eodém parallelo ſupponit colligitur diſtantiã; quæ eſt à meridiano inſularũ Fortunatarũ uſq; ad Sacrum Hiſpaniæ promontorium, partium eſſe duarum & ſemis. Hinc ad Bætis oſtia, & Calpem utrinque pariter partes duas & ſemiſſem: quæ uero ſequitur ab oſtijs Bætis Carallim uſque Sardiniæ, partes eſſe quinque & uiginti. A Carallis autem in Lilybæum Siciliæ quatuor & ſemiſſem: ac inde ad Pachynum tres; rurſusq́ue à Pachyno in Tenarũ Laconiæ partes decẽ. Inde Rhodum octo & quartam, à Rhodo uero ad Iſſum undecim cum quarta. Ab Iſſo autem ad Euphratẽ duas ac ſemiſſem, ita ut tota hęc diſtantia partium eſſe ſeptuaginta duarum colligatur. Lõgitudo uero totius terrę cognitæ à meridiano per inſulas Fortunatas, uſq; ad Seras partium centum 70. ſeptem cum quarta una.

In caput duodecimum annot.

In hoc duodecimo capite Ptolemæus examinat diſtantiam itineris, quæ eſt à Lapidea turri uſq; ad Seras, quã Marinus pòſuerat 36200. ſtadiorum, inuenitq; eam duntaxat exiſtere 22625. ſtadiorũ, quæ faciunt gradus 45. & quartam unam, reſpondentibus ſcilicet uni gradui ſtadijs quingentis. Porrò iter illud cõficiendum eſt ſub parallelo Byzantino: iter aũt quod eſt à Turri ad Seras, ſub parallelo Helleſpontio eſt faciendum. Diſcutit proinde

Ptolemeus ſimilitudinem illã, qua Marinus comparauit uiã à Lapidea turri ad eam quæ à Garamantibus ad Agiſymbam regionẽ porrigitur. Prioris deinde uiæ diſtantiã ab Euphrate ad Lapideã turrim quæ ſubijcitur funium 876. in 800. tãtum funes coegit, ſiue in ſtadia 24000. & huius contractionis aſsignat rationem, nempe particularium uiarũ diuerticula, quæ ſigillatim enumerat. Poſtea eadẽ 24000. ſtadia conuertit in gradus 60. cedentibus uni gradui ſub parallelo Rhodiano ſtadijs quadringentis. Ex quibus tandem infert, longitudinem inter Euphraten & Seram eſſe graduũ 105. & quarti, Poſtremo per particularia locorum interſtitia colligit longitudinem à Fortunatis inſulis uſq; ad Euphraten eſſe graduum 72 unde concludit uniuerſam cognitæ terræ longitudinẽ eſſe graduum 177. & quarti.

EADEM EMENDATIO A *nauigationibus.* Cap. XIII.

PRoinde quis talẽ eſſe longitudinem etiam cõiectare poſſet ꝑ interualla, quę ipſe in nauigatiõe ponit ab India, uſque ad ſinum Sinarum & Cattigarorum, ſi nauigationes ſecundũ ſinuationes et irregularitates, necnõ poſitiones cõſideraret, iuxta appropinquationẽ adiectionũ. Etenim à promontorio, quod poſt Colchicũ eſt ſinum, Coryq; uocãt, Argaricum ſinũ ſuſcipi ait, q uſq; ad Cururã ciuitatẽ tria milia et quadringenta contineat ſtadia: Corymq; Cururęciuitatem, quaſi à Borea ſitam eſſe. Colligitur ergo transfretationem hanc, ſi tertia pars iuxta conſequens Gãgetici ſinus fuerit ſubducta, duorũ milium ac triginta ferè ſtadiorũ, unà cum curſus inæqualitate exiſtere, à quibus ſi continuitatis gratia iterum pars tertia dempta fuerit, ſtadia mille trecenta ac quinquaginta fermè deprehendent, iuxta poſitionẽ ad Boreã: quod ſpacium ſi ad parallelã ęquinoctialis lineã, & tanquã ad Apiliotem traductũ fuerit, per diminutionem medietatis cõgruenter intercepto angulo, diſtantiam, quæ inter duos meridianos eſt habebimus, & eius quæ per Cory promontorium, & quæ per Cururã eſt ciuitatẽ: ſtadiorum quidẽ ſexcentorũ ſeptuaginta quinq; partis uero unius ferè cum tertia: propterea quod paralleli per loca hæc nil nota dignũ à maximo differãt circulo. Rurſus nauigatio à Curura ciuitate, inquit, ad hybernũ ſolis eſt ortũ, Paluras uſq;, ſtadiorum nouẽ milium quadringentorũ quinquaginta: à quibus ſi ob curſus irregularitatẽ tertiã illã pariter detraxerimus partẽ, diſtãtiam, quæ ex continuitate conflatur, & quaſi uerſus Eurum tendit, habebimus, ſtadiorum, ferè ſex milium trecentorum. Porrò ſi ab his quoq; ſextam dempſerimus partem, ut diſtãtia ad lineã parallelã æquinoctialis redigaĩ, meridianorũ quoq; horũ diſtantiã inueniemus, ſtadiorum eſſe quinq; milium ducentorum quinquaginta, partium uero decẽ & ſemis. Inde uero ſinum Gangeticum eſſe ponit, ſtadiorum decem & nouem miliũ, enauigationem uero illorũ, à Paluris ad Sadam milia tredecim, quaſi ad ortum æquinoctialẽ. Quapropter tertia tantũ pars ſpacij huius, ꝑpter nauigationis irregularitatẽ detrahẽda eſt, ita ut & horum meridianorũ diſtãtia eſſe relinquaĩ, ſtadiorũ octo miliũ ſexcentorum ſeptuaginta, partiũ uero decem & ſeptem cum tertia una. Reliquã uero nauigationẽ à Sada uſq; ad ciuitatẽ Tamalam ſtadiorũ eſſe facit triũ miliũ ac quingentorũ, quaſi ad ortum hybernũ: à qbus ſi iterũ tertiã deduxerimus partem habebimus curſus cõtinui, ſtadia duo milia trecenta triginta: q ſi ob inclinationẽ ad Eurũ ſextã etiã dẽpſerimus partẽ, expoſitorũ quoq; meridianorum inueniemus diſtãtiã, ſtadiorũ eſſe mille noningentorũ & quadraginta, partiũ uero trium ferè necnõ ſemis & tertię. Deinde trãsfretationẽ à Tamala, ad Cherſoneſum aureã, ſtadiorũ eſſe ponit, mille ſexcentorũ quaſi rurſus ad ortum hybernũ, ita ut ſi ibi quoq; ſimiles auferanĩ partes, relinquaĩ diſtãtiam meridianorũ ſtadiorũ eſſe noningentorũ, partis uero unius, cũ quintis quatuor. Diſtãtia autem, quæ à Cory promõtorio, ad aureã uſq; eſt Cherſoneſum

ſoneſum, partiū eſſe colligatur triginta quatuor cum quintis quatuor.

In caput decimumtertium annot.

Confirmat Ptolemæus hoc capite atque ſequenti ſupradictam terræ longitudinem, colligens ſcilicet ex quinque particularibus diſtantijs 34. gradus ac quatuor quintas, hoc eſt 48. minuta. Colligit autem ſic. Deprehenſum eſt ex nauigationibus à Cory promontorio uſque ad Cururam ciuitatem eſſe gradum unū & 20. minuta. A Curura ad Paluras gradus decē & minuta 30. Ex Paluris ad Gangeticum ſinum gradus 17. et minuta 20. Inde, à Sada ſcilicet ad Tamalam ciuitatem gradus 3. et minuta 50. A Tamala ad Cherſoneſum aureā gradum unum atq; minuta 48. Quibus omnibus ſimul aggregatis, prodit lōgitudo inter Cory & auream peninſulam, nempe gradus 34 & minuta 47. Eſt autem Cory promōtorium in India intra Gangem, habetq; in longitudine gradus 124. minuta 40. & in latitudine gradus 13. & minuta 40. Vide in decima Aſiæ tabula. In eadem tabula inuenies Palurā ciuitatem, habetq; in lōgitudine gradus 136. minuta 40. & in latitudine gradus 11. minuta 30. Sadam uero ciuitatē inuenies in undecima Aſiæ tabula, in ſinu Gangetico, habetq; in longitudine gradus 154. minut. 20. & in latitudine gradus 11. minuta 20. Inuenies deniq; ibi fluuium Tamalam ſed non ciuitatem, ac deinde auream Cherſoneſum.

De nauigatione à Cherſoneſo aurea ad Cattigara. Cap. XIIII.

CAeterū ſtadiorū numerū eius nauigatiōis, quæ eſt ab aurea Cherſoneſo ad Cattigara, Marinus haud explicat: refert autē Alexandrū ſcripſiſſe terrā inde cōtrariam eſſe meridiei, et qui iuxta illā nauigant diebus uiginti applicare ad ciuitatem Zabas: à Zabis uero nauigātes ad auſtrū, magisq; in læuam, diebus aliquot Cattigara excipere. Adauget igit diſtantiā expoſitā, dies aliquot pro multis excipiens: nā propter multitudinē, inquit, eos haud eſſe cōprehenſos numero, q̄d ego quidem ridiculū cenſeo: quis em̄ dierū numerus infinitus erit, etiā ſi totius terræ peragratæ ambitum cōtineat? aut quid prohibebat Alexādrū pro quibuſdā dicere multos? quēadmodū Dioſcorū retuliſſe, inquit, nauigationē à Raptis ad Praſſum multorum eſſe dierū. At qui ratiōabilius eſt, ut quis dies aliquot pro paucis intelligat, nā talem dicendi modū reprehendere cōſueuimus. Verū ne & nos quoque multitudinem aliquā propoſitam, ad ſimplices tātū cōiecturas adaptare uideamur, aſſumamus nauigationem à Cherſoneſo aurea uſq; ad Cattigaras ex uiginti dieb. qui ad Zabam, nec nō ex alijs quibuſdam qui ad Cattigara ſunt cōpoſitam, quemadmodum & nauigatio illa ab Aromatis ad Praſſum promōtoriū, quæ & ipſa ex pari dierū numero uiginti, ad Rapta cōpoſita eſt ſecundū Theophilum, & ex alijs multis, quæ ſecundum Dioſcorum ſunt ad Praſſum, ut & Marinum pariter imitemur, qui dies aliquot cōparat multis. Poſtquā igitur per certas ratiōes, nec nō ex apparentibus ipſis oſtendimus Praſſum eſſe ſub parallelo, q ab æquinoctiali abeſt, meridiem uerſus partib. ſedecim tertia una et duodecima, parallelusq; qui per Aromata trāſit, ab ęquinoctuali uerſus ſeptentriones partibus diſtet quatuor & quarta, ita ut ſi tota diſtātia, quæ ab Aromatis eſt ad Praſſum, in unū cōtrahat̄, partiū uiginti & tertiarū duarū eſſe colligat̄: forſitā nō inepte totidē ab aurea Cherſoneſo ad Zabas ponemus, ac inde ad Cattigarā. Porrò diſtantiā, quę eſt ab Cherſoneſo aurea ad Zabas, imminuere haud oportet, quoniā æquinoctiali parallela exiſtit, & quia regio intermedia meridiano extendit̄ cōtraria: at etiam diſtātiā, qua eſt à Zabis ad Cattigarā, quia nauigatio uergit ad auſtrū & ad ortū, cōtrahere decet, ut poſitionē, quæ æquinoctiali eſt parallela, capiamus. Si itaq; dimidium partium, utriq; attribuamus diſtātię, propter incertū eorum exceſſum & à partib. quæ à Zabis ad Cattigarā ſunt decem cum una tertia, iterū tertiam partem, propter inclinationem detraxerimus, habebimus diſtantiam quoque ab aurea Cherſoneſo ad Cattigaram, poſitione ſua, quaſi æquino-

ctiali parallelam, partiũ decẽ & ſeptẽ cum ſexta quaſi. Atqui oſtenſum eſt, diſtantiam à Cory promontorio, uſq; ad aureã Cherſoneſum, partiũ eſſe triginta quatuor & quatuor quintorũ: tota igitur diſtãtia, quæ eſt à Cory Cattigarã uſq;, partiũ fermè quinquaginta duarũ eſſe colligitur. Verum meridianus, qui & per Indi fluminis principia: paulo ſecundũ Marinum occidẽtalior eſt boreali Taprobanes promõtorio, ꝙ ex oppoſito Cory ſitũ eſt: at Taprobane diſtat à meridiano, qui per Bætis fluminis eſt oſtia, horarijs interſtitijs octo, partibus uero centũ uiginti, meridianus uero ille ꝗ ꝑ Bætis trãſit oſtia, ab eo ꝗ per Fortunatas eſt inſulas, partibus quinq;: ita ut meridianus per Cory à Fortunatis diſtet inſulis paulo plus partib. centum uiginti quinq;: qui uero per Cattigarã ab eo, ꝗ per Fortunatas tranſit inſulas ad illud idem promontorium paulo plus partib. centum ſeptuaginta ſeptẽ, ſecundum eandem fermè diſtantiã partium, quę per Rhodiẽſem colligunt̃ parallelum. Sed ſupponatur totã longitudinem uſq; ad Sinarũ metropolim, partiũ eſſe integrarum centum octuaginta, horarum uero duodecim, quoniam omnes cõſentiunt eam Cattigaris orientaliorẽ eſſe, colligent̃ per Rhodiẽſem lõgitudinẽ ſtadia ſeptuaginta duo milia fermè.

In Caput decimumquartum annot.

Capite præcedenti inueſtigauit Ptolemæus longitudinẽ inter Cory promontoriũ et aureã Cherſoneſum interceptã, hic demõſtrat quãta ſit diſtantia ab aurea peninſula uſque ad Sinarum metropolim, colligitq; gradus 17. & minuta 10. ſumpta uidelicet nauigatione ab aurea peninſula uſq; ad Cattigara, quæ ſtatio eſt Sinarũ habẽs in longitudine gradus 177. & in latitudine auſtrali gradus 8. atq; dimidiũ. Et ut hoc lõgitudinis interuallũ clarius pateſcat, reiecta inepta traditione Marini, cõparat dictã nauigationẽ duabus alijs, quarũ alterã ab Aromatis ad Rhapta, alteram à Rhaptis uſq; ad Praſſum promontoriũ factam ſupra capite 8. demonſtrauit. Hac itaq; comparatione infert, parallelam æquinoctiali longitudinem ab aurea Cherſoneſo uſq; ad Cattigara eſſe propè graduũ 17. & minutorũ 10. Poſt hæc concludit longitudinis differentiam à Cory promontorio uſq; ad auream peninſulam ferè graduũ 52. atq; uniuerſalem cognitæ terræ longitudinem continere 180. gradus, uel 12. horarum interualla. Porrò Zabe ciuitas eſt Indiæ maritima, habẽs in longitudine gradus 168. minuta 20. & in latitudine ſeptent. gradus 4. min. 45. Aromata emporium, habent in longitudine gradus 83. in latitudine 6.

DE IIS QVAE IN PARTICVLARI *expoſitione Marini diſſentiant*

Cap. XV.

IGitur diſtantias uniuerſaliter in tantum contraximus, & longitudinis ad ortũ, & latitudinis ad meridiẽ, propter cauſas expoſitas. Cæterum & particulariter ciuitatum poſitiões multoties emendatione dignas putamus, in quibus pugnantes, aut non cõſequentes expoſitiones fecit, propter cõpoſitiones diffuſas & uarias, diuerſis æditas cõmentarijs, quemadmodum in ijs quæ oppoſita eſſe credidit. Nam Tarraconẽ ait ex oppoſito Iuliæ Cæſareæ ſitam eſſe, meridianũ per hanc & montes Pyrenęos ſcribens, qui tamen non parum Tarracone ſunt orientaliores: Pachynumq; Lepti magnæ, ac Thexnis Himerã opponit, diſtãtia à Pachyno ad Himerã quaſi ſtadiorũ quadringẽtorum collecta: ea uero quę à Lepti ad Thexnas eſt, ſupra mille quingẽtorum, quemadmodum ex ijs patet, quæ Timoſthenes ſcribit: rurſusq; Tergeſtum Rauẽnę opponi inquit, & ab intimo ſinu Adrię, qui iuxta Tiliauemptũ eſt fluuiũ Tergeſtũ abeſſe uerſus ortũ æſtiuum ſtadia quadringenta, Rauennam uero ad hybernũ ortũ ſtadijs mille. Similiter Chælidoneas refert Canobo oppoſitas eſſe, Acamãtaq; Papho, Paphũ autem Sebennito: uerũ diſtantia, quæ ab ipſo à Chælidonęis in Acamantam mille ſtadiorũ, necnon quæ à Canobo in Sebennitum, à Timoſthene ducentorum nonaginta eſſe ponitur, ſi ſub eiſdẽ iaceret meridianis, longe maior eſſe deberet, quoniam maioris paralleli ſubtendit circunferentiã.

Rurſus Piſam à Rauenna Libonotum uerſus diſtare ait ſtadijs ſeptingentis; per diuiſionē tamē climatum, necnon horariorum interuallorū, Piſam quidē in tertio interſtitio horario ponit, Rauennā uero in quarto, quin & quū Nouimagiū Britānia auſtralius eſſe dicit miliaribus quinquagintanouē, Borealius tamen per climata oſtendit: Athum quoque ordinans ſub parallelo, qui per Helleſpontū trāſit. Amphipolim tamen & loca circūiecta, ſuper Athū & Strymonis oſtia ſita, in quarto climate, ac infrà Helleſpontū ponit. Similiter quum Thracia ferè tota ſub parallelo qui ꝑ Byzantiū trāſit poſita ſit, uniuerſas tamē ciuitates eius mediterrancas, in climate q̄d ſupra hūc parallelū eſt, cōſtituit. Quin etiā Trapezuntem, inquit, ſtatuemus ſub parallelo q̄ per Bizantiū trāſit, Sataliaq́ꝫ Armenię oſtendens à Trapezunte abeſſe meridiē uerſus, miliaribus ſexaginta, ſecūdum tamē parallelorū deſcriptionē, eū, qui per Byzātiū trāſit, per Sataliā; & non per Trapezuntem ducit. Sed et Nilum fluuium ſe ueritati conſonum, deſcripturum inquit, ex quo primum à meridie ad arctos uſq; Meroē accedere uidet̄, pariter & Aromatum nauigationē ad paludes, ex quib. Nilus fluit, Aparctia perfici. Verūtamen Aromata oriētaliora ſunt quā Meroē: nam & Ptolemais ferarū oriētalior eſt, quàm Meroē & Nilus, decem dierum itinere aut duodecim: Ptolemaide itē orientaliores exiſtunt anguſtiæ Adulici ſinus, quę ſunt iuxta Ocylem Cherſoneſum & Dyren, ſtadijs tribus milibus quingentis: illis uero adhuc orientalius eſt magnorum Aromatum promontorium, ſtadijs quinq; milibus

In caput decimumquintum annot.

Emendata uniuerſæ cognitæ terræ longitudine & latitudine, oſtēdit in hoc capite Ptolemæus Marinū circa particularū locorū longitudinem & latitudinē in diuerſis opuſculis, quæ de Geographia ſcripſit, diuerſa ſenſiſſe & planè erraſſe. Nam loca oppoſita, hoc eſt, in uno meridiano ſita, nonnunquam in unum collocauit parallelum & cōtrà. Ex multis autem erroribus eius quoſdam producit in lucem corrigitq́ꝫ. Tarracon urbs eſt Hiſpaniæ habens in longitudine gradus 16. in latitudine 40. Iulia ſeu Iol Cæſarea urbs eſt Mauritaniæ Cæſarienſis habens in longitudine gradus 17. & in latitudine 33. Pyrenæi uero montes habent in long. ex parte maris mediterranei gradus 20. Pachynus promontorium eſt Siciliæ habens in longit. gradus 40. & in lat. 36. atq; dimidium. Leptis magna eſt in Africa minore, ut ſuprà ſignauimus capite octauo. Himera eſt in Sicilia, habetq́ꝫ in lōgitudine gradus 37. & in lat. totidē. Theænæ uero ſunt in Africa minore, & habent in long. gradus 38. & in lat. gradus ferè 31. Tergeſtum et Rauennam inuenies in tabula Italiæ. Canobus eſt in Aegypto, habens gradus longit 61. & latit. 31. Chelidoniæ, ſcopuli ſunt iuxta Lyciam, habentes in longitudine 61. in latitudine 36. Acamas promontorium eſt in Cypro habens in longitudine 64. & in latitudine 35. Paphus quoque eſt in Cypro, habens gradus 64. & 35. Sebennitum in Aegypto eſt. 61. 31. Strymon fluuius eſt in Macedonia, cuius oſtia habent gradus 50. 41. Athus mons eſt quoque in Macedonia 51. 41. Adulicum ſinum inuenies in ſinu Arabico, &c.

QVOD EVM LATVERE QVAEdam in prouinciarum terminationibus. Cap. XVI.

Q Vinetiā circa regionū fines quædam eum latuere, quemadmodū quum totam Myſiam ob ortu à mari terminat Pontico. Thraciam uero ab occaſu, Myſia ſuperiori. Quin & Italiā à ſeptētrionibus ſolum Rhætia finit, ac Norico: ſed & Pannoniam à meridie ſola Dalmatia, & non etiam Italia terminari ſcribit. Sogdianos pręterea mediterraneos, et Saccas, à meridie Indiæ conterminos eſſe; duos inſuper parallelos, & eū qui per Helleſpontum tranſit, & qui per Byzātium, ſuntq́ꝫ Imao monte, qui in India ſeptētrionaliſſimus eſt Borealiores, nequaquam per dictas ſcribit gentes ſed potius illum, qui per medium Pontem tranſit.

In Caput decimumſextum annot.

Thracia non eſt ab occaſu Myſiæ, ut Marinus

 ſcripſit

ſcripſit, ſed potius à meridie: nec Italia dũtaxat habet à ſeptentrione Rhetiam, Vindeliciam & Noricum, ſed & Pannoniam atque Illyridem, neq; Pannonia habet tãtum Dalmatiam à meridie, uerũ & Illyridem atq; Liburniam, & ſic de reliquis.

IN QVIBVS IPSE DISSENTIT AB IJS QUI NOSTRO *æuo hiſtorijs ſunt prodita.* Cap. XVII.

IN his igit̃ & talibus, minus ſibijpſi Marinus conſtitit, ſiue ob multitudinẽ & diuerſitatẽ compoſitionũ, ſiue quia nondũ etiam in ultima æditione, uelut ipſe dicit, ad tabulæ deſcriptionem peruenerit: per quã ſolũ climatũ & horariorũ interſtitiorũ rectificationẽ facere potuiſſet. Quædam uero ne nũc quidem præſentibus conueniunt relationibus, uelut Sachalitis ſinus, ab occaſu Syagri promontorij ab ipſo poſitus. Siquidem omnes plane, qui per loca hæc nauigarũt, unanimiter nobis aſtipulant̃, ab ortu Syagri, Sachaliten Arabiæ regionem eſſe, ac eiuſdem nominis ſinũ. Rurſusq; Simylla Indiæ emporiũ, non ſolum Mareo promontorio occidentalius ab ipſo poſitum eſt, ſed etiã flumine Indo: quum ſolum fluuij oſtijs, meridionalius eſſe perhibeatur, etiam ab ijs, qui hinc illac nauigarunt, & qui multo tẽpore in locis illis uerſati ſunt, necnõ ab ijs etiã, qui illinc ad nos applicuere, uocariq; ab indigenis aiũt Timula: à quibus & alia circa Indiã, & eius prouincias, particularius didicimus, etiã regionis illius interiora, uſque ad auream Cherſoneſum, ac inde ad Cattigaram uſq;. Siquidem in hoc cõcordant, nauigationẽ eorũ qui illac tendunt ad ſolis ortũ eſſe, rurſusq; inde redeuntiũ ad occaſum: pariterq; cõſentiunt nauigationis tẽpus irregulare & inordinatũ exiſtere. Quodq; ultra Sinas, Serũ, iaceat regio, & metropolis, ac quod his orientalior terra ſit incognita, ſtagna habens paludoſa, in quibus calami naſcuntur magni, et ita cõpacti, ut homines illi cũ ijs trãsfretare ſoleant. Et quod nõ ſolum inde ad Bactra iter ſit per turrim lapideã, ſed & in Iudeã quoq; per Palimbothra: uia autẽ, quæ à Sinarum Metropoli ad portũ eſt Cattigaræ, occaſum uerſus ad meridem tendit, quapropter nequaquam in eum cadit meridianũ, qui per Sinas eſt & Cattigarã, ut Marinus refert, ſed in aliquem, qui orientalior exiſtet. Porrò & à mercatoribus, qui ab Arabia felici, ad Aromata & Azaniã, necnon Rapta nauigant (quæ cuncta proprie Barbaria uocantur) certiores reddũtur, nauigationem illam nõ exacte ad meridiem eſſe, ſed hãc quidem ad occaſum & meridiem: ea uero transfretatio, quæ à Raptis ad Praſſum eſt, ad ortũ & meridiem. Paludes quoq;, ex quibus Nilus fluit, nõ eſſe iuxta mare, ſed multo interiores, ordinemq; littore Aromatum, & à Sinis ad Raptum promontorium alium eſſe quàm Marinus retulerit: ex nauigatione quoq; ibi, diei unius ac noctis, nõ multa colligi ſtadia, ob mutationẽ uentorum ſub æquinoctiali uelocem, ſed ad ſummũ, ſtadia quadringẽta, aut quingenta. Primum autem ſinum cõtiguum eſſe Aromatis, in quo poſt unius diei iter ab Aromatis Pano eſſe uicum, Opponemq; emporiũ à uico diſtare itinere dierum ſex: poſt hoc quoque emporium, alium cõiungi ſinum, principiũ Azanię, in cuius principio Zingina eſſe promontorium, & Phalangida montem tricipitem: ſolumq; ſinũ hũc uocari Apocopa, qui duobus transfretari poſſit diebus & noctibus: poſtea paruum ſequi littus, in tranſitu diſtantiarũ trium, & aliud quoq; quod Magnũ littus appellatur, diſtantiarũ quinque, quæ diſtantiæ ambæ pariter diebus ac noctibus quatuor enauigari poſſint: his quoque coniungi alium ſinum, in quo emporium ſit, quod uocatur Eſſina, poſt nauigationem dierum duorũ & noctiũ. Inde Serapionis portum nauigatiõe diei unius, poſtea ſinum auſpicari, qui ad Rapta ducit, trium dierum & noctium trãsfretationem habentem, iuxta cuius principia

emporium

emporiũ eſſe, quod uocatͅ Nici: apud Raptum uero promontorium, fluuiũ Raptũ ac Metropolim nominis eiuſdem, parum diſtantem à mari, quod uero à Raptis ad Praſſum uſque eſt promõtorium, ſinum eſſe maximum, non tamen profundum, circum quem Barbari habitent Antropophagi.

In Caput decimumſeptimum annot.

Repetit Ptolemæus obiter in hoc capite, ea quæ mox præcedentibus duobus capitibus tractantur. Deinde oſtendit Marinum diſſentire hiſtorijs & enarrationibus nauigationũ, quas ſui temporis exploratores tradiderunt, præſertim de ijs quæ ſiunt per Indicũ littus uſq; ad Serã metropolim Serũ, & inde uſq; ad terram incognitam. Exploratores illi fuerunt mercatores & nautæ Arabiæ felicis traijcientes in Indiam, & item nauigantes ab Aromatis uerſus meridiem ad Praſſum promontorium. Syagrus promontorium in Arabia felice eſt, habens gradus longit. 90. & latitud. 14. Sachalitis uero ſinus habet in longitudine gradus 88. & in latitud. 18. Marẽũ & Simylla ſunt in decima Aſiæ tabula, primum habet in long. 111. & in lat. 17. Simylla uero habet gradus 110. & 15. Cherſoneſus aurea eſt in undec. Aſiæ tabula, ſubiacens æquatori. Cattigaræ meminimus ſupra capite 14. Sinarũ regionem inuenies in undec. Aſiæ tabula. De Sera Serum metropoli habes in octaua Aſiæ tabula. Porrò turris lapidea eſt in Saca regione, in ſeptima ſcilicet Aſiæ tabula. Et Palimbothra eſt in decima Aſiæ tabula, ſita iuxta Gangem, & habens in longitud. gradus 143. in lat. 27. Situm Aromatũ oſtendimus cap. 14. Et Azaniæ regionis locum inuenies ſupra cap. 7. De Rapto & Praſſo promontorio diximus capite 9. De Pano uico, Opone emporio & Zingina promont. ſcribit Ptolemæus tabula Africæ 4. habenq; ſitum in ſinu Barbarico. Nec multũ diſtat mons Phalangis, habens in long. gradus 80. & in latitud. 3. Deſcribuntur ibidem & reliqua loca quæ hic commemorantur, nempe Apocopa, Eſſina, Serapionis portus, &c.

QVAM SINT INVTILES *Marini cõpoſitiones ad deſignationem orbis* Cap. XVIII.

QVæ igitur cognitionẽ aliquã, ab ipſa hiſtoria conſequi debeãt, hucuſq; annotata ſint. ueruntamen ne quibuſdã cõtentionẽ potius quàm emendationẽ ſuſcepiſſe uideamur, ſingula nobis per enarrationem particularẽ manifeſta erunt: nunc uero reſtat, ut ea quæ ad deſcriptionis pertinent aggreſſionẽ, conſideremus. Proinde quũ duplex illius ſit modus: primus qui orbis diſpoſitionem in parte ſphæricę ſuperficiei deſignat: ſecundus uero qui in plano: ambobus id cõuenit, ut proponatur quædam operis facilitas: hoc eſt, ut oſtendatur, quonammodo, etiam ſi nullum propoſitum ſit exemplar, ex ſola ea, quæ per commentaria traditur doctrina deſcriptionem, quãtum fieri poteſt commodiſſime facere poſſimus. Etenim traductio aſſidua à prioribus exemplaribus ad poſteriora, propter uariationẽ paruam, mutationes admodum diſſimiles in rem hanc egregiam inducere ſolet: modus uero ille, qui per commentaria traditur, ſi nõ ſufficiens ad demonſtrationem expoſitionis eſſe cõtingit, impoſſibile erit ijs, qui exemplari carent, rite conſequi propoſitum. Quod & nunc quàmplurimis eueniſſe uidemus, in tabula, quam Marinus compoſuit. quũ enim exemplaria ultimæ eius æditionis aſſequi nequiuere, ſed ſolũ ex commentarijs rem ruditer & quaſi per cõiecturam aggreſſi ſunt, in plurimis quæ confeſſæ ſunt collectionis errauerunt, propter ineptitudinem & confuſionem inſtitutionis, quẽadmodum unicuiq; experto conſiderare licet. Quum enim ad ſingula loca deſignanda neceſſe ſit, & longitudinis, & latitudinis poſitionem habere, ei qui illa debito ordine collocare uelit, non tamen confeſtim quis eam in compoſitionibus inueniet, ſed ſeparatim: hic enim latitudinis tantum deprehẽdet, ueluti in poſitione parallelorum: alibi autem longitudines ſolum quemadmodum in meridianorum deſignatione. Vt plurimum tamen utraque hæc in eiſdem commẽtarijs haud inueniet, ſed in alijs quidẽ paralleli deſcribũtur, in alijs uero meridiani: ita ut tales in poſitionibus ſemper alterius ope indi

geant, penitusq́; ad conſiderationem, quo loco cōſtituenda ſint ſingula omnium opus ſit euolutione cōmentariorum: quoniã in omnibus aliter de eiſdem dicitur. Et ſi non inquirimus, quæ ſecundum quãlibet ſpeciem, de eodẽ expoſita ſunt loco, illa nos latebũt, ab errabimusq́; in multis, quibus uero obſeruatio cõtingere deberet. Proinde in ciuitatũ diſpoſitione, littorales aliquis facilius deſcribere poſſet, ſi penitus ordinem quendã in ipſis obſeruaret: mediterraneas uero non ita, quum nulla adhuc habitudo, ſiue inter ipſas inuicem, ſiue ad littorales illas ſit ſignata, præter quam in paucis; in quibus euenit, ut nonnunquam longitudinis meta, aliquando uero latitudinis locus ſit definitus.

In Caput decimumoctauum annot.

Noluit Ptolemæus omnes Marini erratus hic corrigere, qui penè infiniti ſunt, ne uideretur magis edidiſſe opuſculorum eius inuectiuã quàm correctionem, cum in particularibus enarrationibus commode occurrerint caſtigandi. Reprehenditur deinde Marinus de inepta locorum deſcriptione, tam ſphærica quàm plana, præſertim quod deſcriptionis in plano nullam idoneam tradiderit præceptionẽ. Ea namq́; quã tradidit tam obſcura eſt, ut iuxta eam difficile ſit ueram orbis in plano inſtituere deſcriptionem, quæ orbis repræſentet ſecundũ longum & latum ſimulachrũ. Deinde laborioſum eſt et errori facile obnoxium, ſine præceptione ex antiquis exemplaribus etiã recte deſcriptis, nouas transferre deſcriptiones, & ab archetypo non aberrare. Accuſatur poſtremo Marinus ab authore, quod lõgitudines locorũ perperã tradiderit. Nam alibi longitudines per horaria interualla & meridianos, & in alio tractatu latitudines per climata & parallelos deſcripſit, ut difficile ſit ex his diuerſis radicibus diſponere orbis loca in ſuperficie ſphærica aut plana, niſi prius hanc diuerſitatem ad unam redegeris denominationem.

De cõmoditate enarrationis noſtræ ad deſignationem orbis Cap. XIX.

QVapropter duplicem nos laborem ſuſcipimus. Primum ut uiri opinionem per totã obſeruemus cõpoſitionem, præterquam in ijs, quibus rectificatio quædam contigit. Deinde ut ea quæ ab ipſo manifeſta non ſunt facta, per hiſtorias moderniores, uel ordinẽ tabularũ magis accuratarũ quàm commodiſſime aperiremus, quo deſcriptio debitum ſuum aſſequi poſſet decorem. Quinetiam facilioris modi geſſimus curam. Nam ſuper omnes prouincias ſingulatim proprias circunſcriptiones, qualesq́; tam ſecundum longitudinem, quàm latitudinẽ poſitiones habeãt, diligẽter ordinauimus, ac inſuper potiſſimarũ gentium, quæ in illis degũt, adinuicem habitudines, necnon inſigniorũ urbium, ac fluminũ, ſinuũq́; & montiũ, ac aliorum, quæ in orbis tabulã incidere poſſunt, exactas diſtãtias: hoc eſt, quot diſtãt partibus, qualium eſt circulus maximus trecentarum ſexaginta: ſecundum longitudinem quidem, meridianus per locum deſcriptus, ab eo qui occidentalem finem terminat ſuper æquinoctiali: ſecundum latitudinem uero per eundem locum ſcriptus parallelus ab æquinoctiali ſuper meridiano. Sic enim confeſtim uniuſcuiuſque loci poſitionem cognoſcere poterimus, necnon per diligentiam locorum particularium, prouinciarum etiam inter ſe habitudinem, ac ad totum denique orbem.

In caput decimumnonum annot.

Aſſerit hic author, ſe emendaſſe Geographiam Marini, ſubijſſeq́; duplicem laborem. Vnus fuit, quo diſcreuit ea quæ non ſatis emendata uidebantur, ab illis quæ recte caſtigationis cenſuram fueram aſſecuta. Alter, quo decenti emendatione uerificatis locorum poſitionibus, adſcripſit numeros longitudinis ac latitudinis; ut ſcilicet loca ipſa in tabulis & terrarum deſcriptione certius diſponerentur, aptioraq́; fierent ad inſcribendum. Narrat præterea Ptolemæus quod prouincijs ſingulis ſuos terminos, quibus ad quatuor mundi plagas clauduntur, aſſignauit. Poſtremo dicit, quod in ſequentibus ſuæ geographiæ libris, qui Marini uoluminum emẽdatio exiſtunt, celebriorum ciuitatum, fluminum, ſinuum & montiũ poſitiones, tam in longitudine quàm in latitudine exactiores tradiderit quàm Marinus ipſe.

De menſuratione inconcinna tabulæ Geographicæ à Marino compoſitæ. Cap. XX.

VTraq; autem deſignatio propriũ qd habet. Nam deſcriptio in ſphęra fienda, ex ſemetipſa ſimilitudinem retinet figuræ terræ, nulliusq́ alterius ad opus hoc indiget artificio: non facile tamen magnitudinem præbet, quæ ſuſcipere poſſit multa, quæ neceſſario ſuo collocanda ſunt loco: neque deſcriptionem, ut unico momento cerni ualeat, toti figuræ adaptare poteſt: ſed alterum ad alterius deſignationẽ transferre neceſſe exiſtit: hoc eſt, aut uiſum aut ſphærã: quorum neutrum deſcriptioni, quæ in plano fit accidit, ſed modum quẽdam ad ſimilitudinẽ ſphęricę imaginis inquirit, ut diſtantias, quæ in ea ſtatuendæ ſunt, quàm maxime cõmenſuratas faciat, ac ſecundum eam apparentiã, quę cum uera conueniat. Quod Marinus ſcientiæ haudquaquã fortuitę eſſe cenſuit, penitusq́ omnes deſcriptionũ planarũ modos reprehẽdit: nihilominus tamen eo ipſe uſus eſſe uidetur, qui ex omnibus minime, cõmenſuratas faciat diſtãtias: nam pro cunctis circulorũ, necnon parallelorũ & meridianorũ lineis, rectas ſubſtituit, ac etiã meridianorum æquidiſtantes inuicem, ſimiles parallelis: ſolum autem parallelum, qui per Rhodum eſt, obſeruauit meridiano commenſuratum, ſecundum ſimiliũ in ſphæra circũferentiarum ſeſquiquartam ferè rationem, circuli magni ad parallelum, qui ab æquinoctiali diſtat partibus triginta ſex. Aliorũ autem nullam curam geſſiſſe uidetur, neque ſymmetriæ, neque ſphæricæ deſignationis gratia. Primum enim conſtituto uiſu, ad medium borealis quadrãtis ſphęrę, in quo maxima pars orbis deſcribitur, meridiani rectarum linearum imaginationem præbere poſſunt, quum unuſquiſque ex reuolutione contrarius ſtatuitur, caditque planum ipſius per uerticem uiſus: uerum non ita paralleli, ꝓpter abſceſſum poli borealis, circulorum autem ſegmenta manifeſte oſtendunt cõuexitates ſuas ad meridiẽ cõuertere. Præterea, quamuis ſecundum ueritatem pariter & imaginationẽ ijdem meridiani ſimiles quidem, inæquales tamen circunferentias in parallelis ſecundum magnitudinẽ differẽtibus, intercipiãt, ac ſemper maiores, in ijs, qui ęquinoctiali ſunt proximiores, Marinus tamen omnes facit æquales: diſtantias autẽ climatum, quæ borealiora ſunt, quàm parallelus, qui per Rhodũ tranſit, pluſquã ueritas patiatur extẽdit. Eas uero quæ auſtraliores ſunt in minus contrahit, ita, ut ille iam non amplius ſtadiorum numero, qui ab ipſo poſitus eſt congruant: ſed ſub ęquinoctiali quinta potiſſimũ eorum parte deficiant, quota & parallelus, qui per Rhodũ eſt, deficit ab æquinoctiali. Diſtãtias autem quę ſunt ſub parallelo, qui per Thylem tranſit, quadruplici ſua quinta adauget, quot & parallelus per Rhodũ excellit illũ, qui per Thylem tranſit. Parallelus enim, qui per Rhodum ſcribitur, ab æquinoctiali diſtat partibus triginta ſex, talium ferè eſt nonaginta trium, qualium æquinoctialis uel meridianus centum & quindecim: qui uero ab æquinoctiali diſtat partibus ſexaginta tribus, ſcribiturq́ per Thylem, prædictarũ æquinoctialis aut meridiani partiũ eſt quinquaginta duarum.

In caput uigeſimum annot.

In hoc capite Marinus reprehenditur de inepta orbis in plano deſcriptione, proponiturq́ duplex habitabilis orbis figuratio: una quæ fit in ſphærica ſuperficie, & hæc non eſt admodum artificioſa, quanquam non facile tantæ magnitudinis ſphæra fabricari poßit, cuius ſuperficies contineat omnia, quæ neceſſario ponenda ſunt in ea. Neque etiã unico intuitu, noſter aſpectus omnes ſphæricæ deſcriptionis partes ualet comprehẽdere, niſi uel aſpectus uel ſphæra ipſa circũagatur. Quæ uero in plana ſuperficie fit orbis figuratio, manẽs immota cũctas ſui partes noſtro offert aſpectui. Et quidẽ Marinus in ſuis commentarijs conatus eſt tradere præceptionẽ, qua tale orbis ſimulachrum formari poſſet ſimile & conforme ſphæricæ deſcriptioni.

ſed

ſed minime iuſtum attigit ſcopum. Nam diſtantias poſuit improportionatas, conſtituens ſcilicet pro omnibus parallelis & meridianis, qui in ſphæra circuli ſunt, rectas lineas, & faciens meridianis parallelos penè æquales. Parallelum tamen per Rhodum ſolum meridiano cōmenſuratum ſeruauit, qui proportionem ſeſquiquartā tenet ad æquatorem. Aliorum autem parallelorū nullus ei curæ fuit. Siquidem paralleli in tabula per rectas deſcripti lineas, eorum parallelorum qui in ſphæra ſcribuntur ſimilitudinem non exprimunt. Nam aſpectu conſtituto inter polum mundi borealem & æquinoctialem omnes paralleli apparēt curuæ quædam lineæ, quarum conuexitates ob poli extollentiam in meridiem uergunt. Errauit deinde Marinus in deſignatione ſpaciorū quæ cōſurgunt ex cancellatione meridianorum & parallelorū, quæ maiora quàm debuit fecit ultra Rhodum parallel. uerſus ſeptentrionem, & minora uerſus æquatorem.

QVAENAM OBSERVADA SVNT *in deſignatione fienda in plano.* Cap. XXI.

QVapropter bene ob hæc erit, ut lineę quæ pro meridianis ponentur rectæ ſeruētur: quæ uero parallelis, ut in circulorū ſegmentis per unum & idem centrum ſcribantur: à quo per ſuppoſitum borealem polum meridionales rectas lineas ducere oportebit, quo prę omnibus ſimilitudo ſecūdum habitudinē ipſam, & forma ſphęricæ ſeruet ſuperficiei: ita tamē ut meridiani abſq; declinatione ad parallelos remaneāt, ac etiam in communem illum polum coincidant. Cæterum, quum poſſibile haud ſit, ut per omnes parallelos proportio ſeruetur ad ſphæram, ſatis erit ut hoc in eo, qui per Thylem eſt, ac in æquinoctiali obſeruetur, quo latera, quæ latitudinē ſecundū nos cōplectuntur, ueris fiant cōmenſurabilia. Qui uero per Rhodū ſcribitur, ſuper quo in diſtantijs longitudinis plurimę factæ ſunt indagationes, per diuiſionē proportionis ad meridianū, ueluti Marinus fecit, deſignari debet: hoc eſt, iuxta ſeſquiquartam ferè, ſimilium circunferentiarum rationem, quo magis nota orbis longitudo recte cum latitudinis menſura conueniat. Huius uero inſtructionis modū deinceps manifeſtū reddemus, quum exponemus, quo pacto in ſphæra deſcriptio fieri debeat.

In caput uigeſimumprimum annot.

Commemorat in hoc capite author modū quendam, ſecundū quem in plano orbis fiat deſcriptio, nempe ſi pro meridianis recte trahātur lineæ, pro parallelis uero, circulorum deſcribantur ſegmēta ſuper uno eodemq; centro. Huius tamen planæ deſcriptionis pleniorem inſtructionem pollicetur infrà ſe traditurum, capite ſcilicet ultimo.

QVALITER OPORTEAT ORbem *in ſphæra deſcribere.* Cap. XXII.

MAgnitudinē igitur ſphærę, aut multitudine locorū deſignandorum, inuēnio præparantis diſcernet, quo firmitudinem habeat ſimul & decorem: quanto enim hæc plus augetur, tanto etiā deſcriptio, ſincerior pariter & manifeſtior fieri poterit. Quātacunq; igitur fuerit, poli ipſius ſumātur, accurateq; eis ſemicirculū adaptemus, qui parum & niſi tātum à ſuperficie diſtet, ut illam in reuolutione non atterat. Semicirculus uero tenuis ſit, ne multa obumbret loca. Alterū uero latus examuſſim per ipſa ſigna, quæ per polos tranſeūt, habeat extenſum, ut per illud meridianos ſcribamus: quod & in cētum octuaginta diuidemus particulas, numerosq; aſſignabimus, & à media, quę per æquinoctialē futura erit ſectione, initiū faciētes. Similiter & æquinoctialem deſcribentes, alterum illius ſemicirculum in æquas centū & octuaginta diuidemus partes: huiuſq; numeri principiū ab illius fine inchoabimus, per quem & occidentaliſſimum deſcribemus meridianum. Deſcriptionem aūt lōgitudinis & latitudinis, ex commentarijs, in quibus annotatæ ſunt partes, ſecundum unumquemque locum ſignatum faciemus, necnō à diuiſionibus ſemicirculorum æquinoctialis, & mobilis

mobilis meridiani: hunc'q; ad oſtēſam longitudinis partē circūferemus, hoc eſt, ad numerum qui æquinoctialis cōtinet ſectionē, latitudinis uero diſtantiam, ab æquinoctiali, ex ipſa meridiani diuiſione ſumemus, & iuxta numerum oſtenſum, ſignationem ponemus eodem modo, quo & in locatione ſtellarum ſuper ſphæram ſolidam. Similiter & meridianos ſcribere licebit, per tot longitudinis partes, quot uoluerimus, pro norma utentes latere circuli diuiſi. Parallelos autem per tot partes ſcribere poterimus, quot diſtantiarum erit cōmenſuratio, ſi ſignū illud, quod eos deſcribit (numero peculiarē diſtantiam lateris ſignante) apponamus, circumferamus'q; cum ipſo circulo uſque ad meridianos; qui terminos cognitæ telluris ſegregant.

In Caput uigeſimum ſecundum annot.

Docetur in hoc capite, quo pacto ſphæra parari debeat pro inſcribenda cogniti orbis habitatione. Et cum Ptolemæi temporibus non totus habitatus orbis, ſed medius duntaxat exploratus fuerit, ipſe in hoc capite hemiſphærium tantum depingere docet, ſed quo ingenio & tota ſphæra facile deſcribi poteſt. Porrò quanto huius ſphæræ corpus maius fuerit, tāto plura loca, montes, fluuij & gentes ſuis nominibus inſcribi poſſunt. In primis autē ſignari debent in oppoſitis locis duo poli: & deinde in his figi debet ſemicirculus mobilis ex ære aut alia firma materia factus, cuius miniſterio et æquator cum parallelis & meridiani circuli inſcribantur. Paralleli facile inſcribentur, ſi ille æreus ſemicirculus à polo in polum diuidatur in 180. partes numeriq; ſingulis adſcribantur diuiſionibus, initio ſignationis facto apud æquatorem. Is deinde ſemicirculus circumductus, oſtendit in diuiſionum punctis peripherias parallelorum. Meridiani uero hoc pacto ſunt inſcribendi. Semicirculus æquatoris diuidendus eſt in 180. partes, initio ſumpto ab occaſu. Deinde ſemicirculus mobilis ducatur ad ſingulas æquatoris diuiſiones, trahanturq; lineæ à polo in polum ad latus ſemicirculi, ad angulos rectos parallelos interſecantes. Reliqua patent ex textu.

EXPOSITIO MERIDIANORUM *& parallelorum qui deſcriptioni ſunt apponendi.*

Cap. XXIII.

PRoinde iſti interſtitia horaria complectētur duodecim, demonſtratis conſequenter. Scribatur autem parallelus, qui auſtraliorem terminat plagam, ut tantum diſtet ab æquinoctiali, meridiem uerſus, quantum parallelus per Meroēm uerſus ſeptentriones. Cęterū meridianos per tertiā partem unius horæ æquinoctialis ſcribi debere, commenſurabile nobis uiſum fuit, hoc eſt, ꝑ particulas quinq; earū quæ in æquinoctiali cōprehēſæ ſunt: parallelos autē qui æquinoctiali ſunt borealiores ita.

Primum quidem, ut ab ipſo per quartam unius horæ differat, ac ſecundum meridianum, quemadmodum demonſtrationes lineares ferè ſubijciunt, partibus diſtet quatuor & una quarta.

Secundum, ut per dimidium horę unius differat, pariter'que diſtet partibus octo & dimidia.

Tertium, ut per horā dimidiā & quartam horæ unius differat, partibus uero diſtat duodecim ſemiſſe.

Quartum, ut per horā differat unam, diſtet'q; partibus ſedecim ac dimidia, ſcriptum'q; per Meroēn.

Quintum ut differat per horam unam & quartam, ac diſtet partibus uiginti, quarta una.

Sextum uero & ſub æſtiuo tropico, ut per horam unam & dimidiam differat, diſtet'q; partibus 23. dimidia & tertia, ſcriptum'q; per Syenem.

Septimum, ut hora una ac dimidia nec non quarta differat, ac partibus diſtet 27. & una quarta.

Octauum, ut horis differat duabus, diſtet uero partibus 30. cum tertia.

Nonum uero, ut differat horis duabus cū quarta, diſtet'q; partibus 33. & tertia.

Decimum, ut horis duabus & dimidia differat ac diſtet partibus 36. & una duodecima, ſcriptum'q; per Rhodum.

Vndecimum, ut differat horis duabus cum dimidia & quarta, diſtetq́; partibus 38. cum dimidia ac duodecima.

Duodecimum, ut horis differat tribus, ac diſtet partibus 40. dimidia, tertia & duodecima.

Decimumtertium, ut differat horis tribus cum quarta, diſtet'que partibus 43. & duodecima.

Decimum quartū uero, ut differat per horas tres cum dimidia, ac pártibus diſtet 45.

Decimumquintū, ut horis differat quatuor diſtet'que partibus 48. dimidia & duodecima.

Decimūſextū, ut differat horis quatuor & dimidia ac diſtet part. 51. & dim.

Decimumſeptimum, ut quinque differet horis, diſtetq́; partibus 54.

Decimumoctauum, ut differat horis quinque cum dimidia, ac diſtet partibus 56. & una ſexta.

Decimumnonum, ut ſex differat horis, diſtetq́; partibus 58.

Vigeſimum uero, ut horis differat ſeptem, ac diſtet partibus 61.

Vigeſimumprimum, ut per octo differat horas, diſtetq́; gradibus 63, ac ſcriptum per Thylem.

Scribetur & alius ad meridiē ab æquinoctiali, qui horæ dimidiæ contineat differentiam, qui & per Raptum promontorium & Cattigaram trāſibit, loca oppoſitione ſua ferè æqualia, ac diſtet ab æquinoctiali partibus octo dimidia.

In Caput uigeſimumtertium annot.

Meridiani, inquit, iſti, de quibus præcedenti capite dictum eſt, complectentur 12. ſpacia boraria, id quod patet, ſi 180 gradus diuiſeris per quindecim. Nam 15. gradus longitudinis efficiunt unam horam, quod ex demonſtratis cōſequitur. Scriptis itaque meridianis ſignandi ſunt paralleli. Extremus autem uerſus meridiem parallelus, qui cognitam terminat terram, tantam diſtat ab æquinoctiali, quantum parallelus per Meroën uerſus ſeptentrionem. Noſtro uero æuo, quando tota Africa & littora eius cognita habentur, plures uerſus meridiem ſtatuendi ſunt paralleli quàm Ptolemeus ſignauerit. Notādum hic clima differre à parallelo, quia clima eſt ſpacium terræ inter duos parallelos interceptū, in quo maximæ diei ab initio climatis ad finem uſque eſt dimidiæ horæ uariatio, ſumptum in ea terræ ab auſtro ad arctum uerſus interſpedine, qua polus ſeptentrionalis eleuatior eſt graduum 50. & minutorum 30. ſubmiſſior graduum 12. & minutorum 45. Ponuntur autem ſeptem, quæ ſua nomina ab inſigni aut urbe aut fluuio aut monte ſortita ſunt. Primum trāſit per Meroën Africæ ciuitatem in torrida zona ſitam. Secundum per Syenem urbem Aegypti Puniciæ. Tertium per Alexādriam metropolim Aegypti. Quartum per Rhodum, Aſiæ minoris inſulam. Quintum per Romam. Sextum per Boryſthenem inſignem Sarmatiæ fluuium. Septimum per Riphæos mōtes. Vltra hæc ſeptem climata poteſt terra ultrà partiri. Latitudo tamen ſemper magis magisq́; decreſceret, nam ad modicam diſtantiam uerſus polum dies ſenſibiliter augetur. Quanto enim polus mundi attollitur, tanto zodiacus horizonta obliquius interſecat, maioresq́; arcus dierum ſupra hemiſphærium noſtrum relinquuntur, quàm ſint arcus noctium ſub hemiſphærio demipi, ſole ſigna ſeptentrionalia percurrente.


Climata	Gradus Latitu:	Paralleli		H	m̃
	63	Vicesimus		19	0
	60	Decimusnonus		18	0
		Decimus octauus		17	30
	55	Decimus ſeptimus		17	0
		Decimus ſextus	Diaripheos	16	30
Septimum	50	Decimus quintus	Diaboryſthenes	16	0
Sextum		Decimus quartus	Diapontus	15	30
	45	Decimus tertius	Per Byzantium	15	15
Quintum		Duodecimus	Diaromes	15	0
	40	Vndecimus		14	45
Quartum		Decimus	Diarhodos	14	30
		Nonus		14	15
Tertium		Octauus	Diaalexandros	14	0
	30	Septimus		13	45
Secũdum	25	Sextus	Diaſyene	13	30
	20	Quintus		13	15
Primum		Quartus	Diameroes	13	0
	15	Tertius		12	45
	10	Secundus		12	30
	5	Primus		12	15
		Aequinoctialis, qui eſt horarum		12	0

MODVS PER QVEM ORBIS *in plano ita deſcribi poßit, ut commenſuratione ſimilis ſit poſitioni ſphæricæ.* Cap. XXIIII.

IN deſcriptione uero quæ in tabula fit, modus Symmetriç præcipuorũ parallelorum talis nobis erit. Præparabimus tabulã parallelogramam rectãgulam, ueluti eſt, a b c d, habeatq́ latus a b duplum ferè quã a c: ſupponaturq́ recta a b ſecundũ poſitionẽ ſuperiorẽ, quæ in deſcriptione uerſus partes erit Boreales. Deinde diuidemus a b bifariam, & ad rectos angulos lineæ rectæ e f normã illi cõmenſuratam, & rectã adaptabimus: ita ut linea media e f ſua lõgitudine ſub una rectitudine, uſq; ad e g protrahatˀ: ſummamusq́ ab ipſo e uſq; ad g 34. partes tales, quales ſunt per lineam rectam g f centum triginta una & tertia cum duodecima: ſuper centroq́ g per ſignũ interſtitij, quod ab eo abeſt per lineã g k ſectionibus ſeptuaginta nouẽ, circulũ ſcribemus, q pro eo erit parallelo, qui per Rhodũ tranſit, nempe h k l. Pro terminis uero lõgitudinis quç ex ſex horarũ colligũtur interſtitijs ab utraq; parte k, ſumamus ſuper g f medij meridiani linea diſtantiã quatuor interſtitiorũ, quæ in parallelo per Rhodum ſimiles ſint quinq;, per ſeſquiquartam ferè rationem maximi circuli ad ipſum, talesq́ decem & octo cõſtituemus ab utraq; parte puncti k, ſecundũ circũferentiam h k l: habebimusq́ ſigna, per quæ cõiungere oportebit ab g meridianos, qui tertiæ partis horarum interualla cõprehendant: ita ut g h m & g l n longitudinis terminent fines. Cõſequenter uero & parallelus qui per Thylem eſt, ſcribetur diſtantia quæ abſit ab g ſuper linea f g ſectionibus 52. ueluti o p q: æquinoctialis uero, ut ſimiliter diſtet à g per lineam f g ſectionibus 115. qui ſit r s t: oppoſitus uero per Meroẽm & auſtralillimus, ut diſtet à g ſectionibus 131. cum tertia & duodecima, ueluti m u n.

Ratio igitur ipſius r s t ad o p q colligetur quemadmodũ 115. ad 52. ſecundũ rationem parallelorum horum in ſphęra: quandoquidem qualium g s ſupponitur 115. talium eſt & g p ſectionum quinquaginta duarum. Et quemadmodum ſe habet g s ad g p, ſic ſe habet circumferentia r s t ad o p q. Deprehendetur autem & meridiani p k diſtantia hoc eſt ea, quæ ab parallelo, qui per Thylem tranſit ad illum qui eſt per Rhodum ſectionum 27. diſtantia uero k s, id eſt, à parallelo, qui per Rhodum ad æquinoctialem uſque, earundem ſectionum exiſtit 36. At diſtãtia s u, hoc eſt ea, quæ ab ęquinoctiali eſt ad oppoſitum ei, qui eſt per Meroẽm, earundẽ 16. cum tertia & duodecima. Præterea qualium eſt diſtantia p u, ſecundum latitudinem terræ cognitæ, ſeptuaginta nouem cũ tertia et duodecima, aut integrarum octuaginta, talium erit & h k l media ſecundum longitudinem diſtantia, centum ſcilicet quadraginta quatuor, ſecundum ea, que demonſtrationibus ſupponuntur: eandem enim rationem fermè habent, quadraginta milia latitudinis, ad ſeptuaginta duo milia lõgitudinis, in parallelo, qui per Rhodũ trãſit. Porrò & reliquos ſcribemus parallelos, ſi rurſus cẽtro g uſi fuerimus, & interſtitijs, quæ diſtãt ab s æqualibus ſectionibus, ut expoſitum eſt, ab receſſibus æquinoctialis. Cæterum nõ oportet ut eas lineas, quæ pro meridianis ponuntur, ad parallelũ uſque m u n rectas ſcribamus, ſed ſolum uſq; ad æquinoctialem r s t: ac poſtea circumferentiam m u n diuidemus in æqualia, & numero paria ſegmenta, quæ attribuemus meridianis illis, qui per Meroẽ ſumuntur, ſectionesq́ illas coniungemus, cum meridianis, qui recte ſuper æquinoctialem incidũt, ut appareat, qualis ex inuerſione tranſſumpta, ſit ab altera æquinoctialis parte & ad meridiem declinans poſitio, ueluti oſtendunt r x & t y lineæ.

Demum




DEmum propter facilem locorū ordinandorū adnotationem iterum regulamētum tenue faciemus q̄d æquale ſit longitudini g f tantū: illudq́ firmabimus in g, ita, ut cum per totam longitudinem deſcriptionis circunferat̄, exacte rectis alterius lateris congruat meridianis, quo ſectio eius per mediū cadat polum: latus'que hoc in ſegmenta, ſi ad g f pertinere debent, centum triginta & unam diuidemus, aut ſolum in ſegmenta centum quindecim, ſi g f reſpiciant: numeros'que adnotabimus facientes initium à ſectione quæ per æquinoctialem eſt: à quibus et parallelos ſcribi intelligere poſſumus, nedum meridianum; qui in deſcriptione eſt, in omnia ſegmenta diuidimus et ſignamus, inſcriptiones locorum, quæ ſuper ipſum caſuræ ſunt confundamus. Partiemur igit̄ æquinoctialem in duodecim horarū centū octuaginta partes, numerosq́ apponemus, initium faciētes à meridiano occidentaliſſimo, ac ſemper regulamenti latus ad oſtenſam longitudinis partem mouebimus donec per diuiſionem in regulamento factam, ad poſitionem ſecundum latitudinem ſignatam perueniamus, ibiq́ ſuper uno quoque ſignationem debitam, eodem quo in ſphæra oſtenſum eſt modo faciemus.

In Caput uigeſimumquartum annot.

Docet Ptolemæus in hoc ultimo capite duplicem orbis in plano deſcriptionem. Priorem inuenit ex aſpectu ſphæræ motæ ſeu reuolutæ, in qua ſcilicet meridiani ſunt rectæ lineæ iuxta uiſam apparentiam ſphæræ reuolutæ. Alteram docet formare ex intuitu ſphæræ quieſcentis. Deſcriptio prima habet ſe in hunc modum: Fiat parallelogrammum rectangulū a b c d, cuius latus a b duplum ſit ad latus a c, diuidaturq́, parallelogramū illud in duo æqua per lineam e f: & hæc eadem linea per tertiam ſui partem aut paulo amplius extēdatur ultra e, ut ſcilicet e g habeat 34. partes tales, quales ſunt per lineam f g 131. & una tertia. Quod ſi certius efficies, ſi lineam f e diuiſeris in 97. partes & unam tertiam, hoc eſt, uiginti minuta, & ex illis accipies 34 partes, numerabisq́ ab e ſurſum, & ad finem earum facies punctum g polum mundi ſeptentrionalem repreſentantem. Reliqua fiant ut Canon præcipit & figura ocula-


riter oſtendit. Quo autem commodius & expeditius imponas loca, facere oportet regulamentum, quod æquale ſit in lõgitudine lineæ g f & quod figatur in puncto g, ab unoq; latere ſic præcidatur, ut examußim applicari poßit rectis meridianorum lineis. Deinde diuidatur hæc linea à g ad ſ in 115. æquales partes, qui ſunt gradus latitudinis, numerandi & ſignandi ab ſ ſeu æquinoctiali uerſus polum g. Reliquam uero portionem, quæ eſt ab ſ ad f diuide in 16. partes & unam tertiam. Deinde oportet diuidere æquatorem in 180. gradus, qui 12. conſtituunt horas, & numeri graduum ſignandi ſunt ab occaſu uerſus ortum, hoc eſt, ab r uerſus t. Cum itaq; locum aliquem imponere uolueris, aduerte longitudinem & latitudinem eius: longitudinem numera in æquatore & ad finem eius applica regulamentum, deinde numera latitudinem in regulamento, & ad exitum eius erit ſitus loci propoſiti.



Pars ſecunda, huius ultimi capitis.

PORrò ſimiliorem etiam & magis cõmenſuratam deſcriptionem orbis, in tabula faciemus, ſi lineas meridianas imaginatione concipiamus, ad ſimilitudinem linearum meridianarum in ſphæra: ita ut aſpectus ſeu oculorũ axis in ſphęrę poſitionem penetret, & per ſectionem, quæ ad aſpectũ eſt meridiani, qui longitudinem terræ cognitæ in duas diuidit partes, & paralleli qui & ipſe bifariam ſecat eius latitudinem, necnon centrum ſphæræ, quo ex æquo termini oppoſiti uiſu cõprehendantur & appareant. Primũ igitur propter quantitatem inclinationis parallelorum circulorũ & per inciſionem ſignatam, & centrum ſphæræ erecti ad medium longitudinis meridianum plani, circulus intelligatur maximus, qui hemiſphęrium terminet apparens, a b c d: & ſemicirculus, qui hemiſphæriũ meridianũ bifariam diſpertit ſic, a e c: at ſectio, quæ ad aſpectum huius eſt, & paralleli, qui bifariam ſecat latitudinẽ ſit ſignum e: ſcribaturque per e circuli maximi iterum ſemicirculus rectus ad a e f c, qui ſit b e d, cuius planum per axim aſpectuum ſeu uiſus ſubijci conſtat. Inde circunferentiæ e f partes ſumãtur uiginti tres & ſemis cum tertia, tot enim diſtat æquinoctialis ab eo qui per Syenem eſt, qui maximus ferè conſtituitur latitudine: ſcribaturq; per f ſemicirculus æquinoctialis b f d, & tunc inclinatũ apparebit æquinoctialis planum,


num necnon reliquorũ parallelorum, ad illud quod eſt per axem aſpectuum ſeu uiſus, quum circũferentia e f partium exiſtat uiginti triũ ſemis cum tertia. Intelligantur itaq; a e f c & b e d rectæ pro circũferentibus b e. ratione habentibus ad e f, quã 90. ad 23. dimidium & tertium, & producta c a cadat in centrũ: in quo ſcribatur b f d circuli ſegmentum, iuxta g. Sitq; nunc propoſitum ut ratio inueniat̃ g f ad e b. Iungatur itaq; f b recta quæ bifariam diuidatur in h. cõiungatur etiam h g, nempe ut perpendicularis ad b f fiat. Quoniam igitur qualium eſt b e recta nonaginta talium ſupponitur e f uiginti trium & ſemis, cum tertia eorundem, erit & b f ſubtenſa nonaginta trium cum decima. Angulus uero ſub b f e talium centum quinquaginta cum tertia, qualium duæ rectæ trecentarum ſexaginta: reliquus uero angulus ſub h g f eorundem uigintinouem cum tertijs duobus ac ideo ratio g f eſt ad f h eadẽ, quæ 180. ſemis cum tertia ad 46. & ſemis cum uiceſima: & qualium eſt h f recta 46. ſemis cum uiceſima, taliũ b e recta nonaginta: ita ut qualium eſt e b recta 90, eorũdem eſt f e 23. ſemis cum tertia, ac ideo qualium eſt e b recta nonaginta, talium habebimus & g e rectam. 181. ſemis cũ tertia. Signumq; g in quo omnes ſcribantur paralleli in deſcriptione plana.




His præmiſſis accipiat̃ tabula a b c d, quæ iterum in duplo maiorem habeat a b quam a c, ſed æqualem a e cum e b, & ad ipſas rectã e f: diuidaturq́ue æqualis aliqua e f recta in nonaginta quadrãtis partes, accipianturq;

turq; f g partes ſedecim cum tertia & duodecima, g h uero partes 23. ſemis cum tertia at g k earundem 63. ſuppoſitoq; g pro æquinoctiali, erit h nota, per quã ſcribetur qui per Syenem eſt, et medius fermè latitudinis parallelus. F uero nota erit, per quam ſcribetur ille, qui auſtralem terminat finem. K autem, per quam ſignabitur ille, qui poſitionem finit ſeptentrionalem, caditq; per inſulam Thylen. Deinde linea e f producatur uſque ad l, ita quod tota linea f e l contineat earundem ſectionum 181, dimidiam cum tertia, aut 180. rantum, nam propter hoc deſcriptio nil notatu dignum uariabit, in cẽtroq; l & interuallis f & h & k circumferentias ſcribemus q k r & o h p & m f n, & ſic propria ratio parallelorum, ad inclinationem per axim aſpectuũ ſeu uiſus ſuper planũ obſeruata erit. Quoniam & hic axis ad h declinare debet, & rectus eſſe ad tabulæ planum, ut rurſus ex æquo oppoſiti fines deſcriptionis uiſu comprehendi poſſint. Vt autem longitudo quoque commenſurata ſit latitudini (quoniam in ſphæra qualium eſt maximus circulus quinq;, talium fermè parallelus per Thylem eſſe colligitur duarum cum quarta, qui uero per Syenem eſt, quatuor cum dimidia & duodecima: at qui eſt per Meroem quatuor ſemis cum tertia) oportet ex utraq; parte f k meridianæ rectę decem & octo conſtituere meridianos, per tertiã partem unius horæ æquinoctialis, ad complementum eorum, qui ſub tota longitudine comprehenduntur. Semicirculorum autem ęquiualentia accipiemus ſegmẽta, ſecundũ quẽlibet trium expoſitorum parallelorum, tertię partis horę unius partes quinq;. Er à k quidem per duas partes & quartam faciemus ſectiones, qualium habebamus e f rectam nonaginta: ab h uero per quatuor & dimidiã cum duodecima, & ab f per quatuor dimidiam cum tertia ſuper eiſdem. Deinde per æquiualentia tria ſigna ſcribemus circunferentias, quę erũt pro reliquis meridianis, tanquam, quæ totam terminẽt longitudinem ſ t u & x y z. Adimplebimus & eas quoque, quæ pro cæteris erũt parallelis, rurſus centro l utentes, diſtantia uero pro fiendis ſectionibus, ſuper linea f k iuxta diſtantias eorum ad æquinoctialem. Quod uero talis deſcriptio ſphæricæ formæ ſimilior ſit quàm prior, per ſeſe patet. Quoniã ſi ſphæra fixa maneat, & non circumuoluatur, quod & tabulæ cõtingit neceſſario, quum per medium deſcriptionis uiſus cõſtituitur, unus quidem medius & meridianus per axem aſpectuũ ſeu uiſus in planũ cadens, imaginationem rectę prębet lineę: q uero ex utraque huius parte ſunt omnes, ad ipſum ſecundum concaua conuerſi apparẽt, & magis illi, qui plus ab eo diſtant: quod & hic obſeruabitur, cum decenti conuexitatũ analogia pariter & commenſuratio circunferentiam parallelorum adinuicem ſeruabitur, non ſolum ut inter illos qui ſub ęquinoctiali ſunt & eum, qui per Thylem trãſit, propria conſeruetur ratio, ſed & in alijs, ut quã rectiſſime quadrent, quemadmodum conſiderare licebit, ijs qui periculum ſunt facturi. Quin et totius latitudinis ad totam longitudinem ratio ſeruãda eſt: & rurſus, non ſolum illo parallelo, qui per Rhodũ deſcribendus eſt, quemadmodum ibi, ſed planè in omnibus fermè. Si enim & hic producamus ſ t u rectam, ueluti in priori figura, circunferentia h t minorem uidelicet rationem faciet ad f ſ & k u quam conueniat rationi deſcriptionis huius: ita ut ſecundum totam h t patiatur defectũ. Si uero ipſam h t commenſuratam faciemus k f latitudinis diſtantiæ, f ſ & k u maiores erunt Symmetrijs, ad f k. Quemadmodum ad h t. Si autem f ſ & k u commenſuratas ipſi f k ſeruauerimus, h t minor erit commenſuratione ad k f, quemadmodum ad k u & h t.

Exhis



EX his igitur modus iſte priorẽ præcellit, à priori uero in facilitate deſcriptionis ſuperatũ. Quoniã illic quidem, ab regulę circũductione & trãslatione, quum ſolum unus deſcript⁹ erit parallelus, ac diuiſus, ſingula loca ſuo ordine collocari poterũt: ꝙ in deſcriptione iſta non tam facile fieri poteſt, propter meridianarũ linearũ ad mediũ inflexiones, & quia omnes circulos ſingulatim inſcribere neceſſe eſt, necnõ poſitiones, quæ inter laterculos cadũt, ad tota amplectentia latera, per partes ſignatas ratiocinatione cõiectu



rare. Quæ quum ita ſint mihi & hic, & ubiq;, quod melius eſt, licet ſit laborioſius, deteriori tamen, & faciliori præferendum erit: ambos tamen ſimul ita ordinatos modos, obſeruandos eſſe cenſeo eorum hominũ gratia, qui propter facilitatem, ad expeditiorem modum ſunt procliuiores.

Qualium eſt æquinoctialis quinq;, talium eſt qui per Meroëm tranſit quatuor & ſemis cũ tertia, ita ut rationẽ habeat ad eum, quam 30. ad 29.

Qualium eſt æquinoctialis quinq;, talium eſt, qui per Syenem tranſit quatuor & ſemis cum duodecima, ita ut rationẽq; ad eum habeat, quam 60. ad 55. hoc eſt duodecim ad undecim.

Qualium eſt æquinoctialis quinq;, talium eſt, qui per Rhodum ſcribitũ quatuor, ut ad eum rationẽ habeat ſeſquiquartam.

Qualium eſt æquinoctialis quinq;, talium eſt, qui per Thylem tranſit duarum cum quarta, ut rationẽ ad eum habeat, quam 20.9.

In ſecundam huius capitis partem.

Proponit Ptolemæus in huius ultimi capitis ſecũda parte, alteram orbis in plano deſcriptionem quæ ſcilicet fit ex intuitu ſphæræ quieſcentis, & eſt ſphericæ figurationi longe ſimilior quã prior.

Nam

Nam lineæ meridionales formantur iuxta apparentiam meridianarum linearum, quæ in ſphærica ſcribuntur ſuperficie. Hæc autem apparentia fit, ſi firmetur ſphæra atque quieſcat, & aſpectuum ſeu coni uiſorij axis conſtituatur in recta linea quæ ex centro ſphæræ educitur ad commune ſectionis punctum meridiani ſecantis cognitæ terræ longitudinem in duo æqua & ipſius paralleli latitudinem eiuſdem cognitæ terræ bifariam diſpeſcentis, hoc eſt, ut oculus medict inter centrum & ſectionem illam meridiani & paralleli in medio habitabilis terræ ſe mutuo ſecātium. Proinde ut parallelorum inclinationis formula, ex tali inſpectione nobis apparet, congrua figuratione exprimatur, ponit Ptolemæus fundamentum quoddam, ex quo conſurgit huiuſmodi deſcriptionis machina. Poſt hæc ex alia figuratione inquirit ac demouſtrat commune centrum, ſuper quo tanquam mundi uertice, omnes eiuſdem planæ deſcriptionis paralleli ſunt deſcribendi. Tertio canonem ponit, ex quo talis plana deſcriptio conſtitui poteſt. Poſtremo has duas planas orbis deſcriptiones adinuicem comparat, dicitq; poſteriorem eſſe perfectiorem priore, ſed facilitate imponendorum locorum difficiliorem. Primo ponit fundamentum tale. Intelligatur circulus maximus, hemiſphærium apparens terminans, cuius planum erectum, longitudinem cognitæ terræ in duo diſpeſcat ueluti meridianus cognitæ terræ. Deinde intelligatur parallelus cognitæ terræ latitudinem complectens, quem prior circulus ſecat in duo æqua in puncto e. Ad hunc punctum e fingatur à meridie eleuari planum maximi ſemicirculi, & illud neceſſario incidet in lineam axis coni uiſorij, quæ à centro ſphæræ ad hunc punctum egreditur. Numeretur inde maxima declinatio ſolis, nempe 23. gradus & minuta 50. quibus æquinoctialis elongatur ab iſto parallelo tranſeunte per Syenē, qui maximus ferè conſtituitur latitudine inter parallelos, & ad finem horum graduum ſignetur f. ſcribatur'que per ipſum ſemicirculus æquinoctialis. Itaque planum æquinoctialis & plana aliorum parallelorum, inclinata iam apparebunt ad planum ſemicirculi per e tranſeuntis His demonſtratis, docet ultrà Ptolemæus, quomodo quædam circumferentiæ pro rectis intelligantur lineis, & quo pacto cētrum g ſuper quo paralleli omnes ſcribantur, inueniatur. Cæterum proiectionem terræ habitabilis in plano, ſecūdum lineas arcuales tam meridianas quàm parallelas, ſic efficies In plano deſcribe duo quadrangula rectangula & æquilatera a c e f & e f b d. Lineam e f diuide ſeorſum in 90. partes æquales. Præterea eandem lineam e f extende ultra e ſecundum quantitatem lineæ e f, cui adde unam partē & 50. minuta lineæ ſeorſum diuiſæ, & habebis centrum l. Poſtea à puncto f uerſus e numera 16. partes & 25. minuta, & fini huius immitte pedem circini & reliquū extende in l centrū & deſcribe æquinoctialem. Rurſum ab æquinoctiali recenſe 23. partes & 50. minuta & immiſſo pede circini in finem eius & altero extenſo in l pinge tropicum cancri. Iterum ab æquinoctiali uerſus e numera 63. partes & ut prius deſcribe parallelum tranſeuntem per Thylen. Poſtea pro meridianis inſcribendis diſtātibus per quinque gradus ſic procede. Accipe cum circino in linea diuiſa diſtantiam duorum graduum & 15. minutorum, quam in parallelo per Thylen tranſeunte, incipiendo à linea e f, utrinque decies & octies replicabis, notando puncta. Conſimiliter ages recipiendo diſtantiam quatuor graduum & 35 minutorum & in parall. per Syenem tranſeunte decies & octies replicando. Iterum recipe diſtantiam 3. graduum & 50. minutorum & in parallelo oppoſito per Meroēn utrinque pinge 18 puncta Quibus ſignatis, quære cum circino cētrum trium punctorum in his tribus parallelis à meridiano recto f e æquidiſtantium, quo inuento duc arcum per hæc tria puncta. Sic ages cum omnibus trinis & trinis punctis. Quod ſi ultra Ptolemæi inuentionem, terræ figurationem uerſus auſtrum extendere uolueris, deſcribe primo parallelum diſtantem ab æquinoctiali 30. gradibus, quem diuides ſicut oppoſitū ſuum uerſus aquilonem. Secundo deſcribe parallelum ab æquinoctiali per 40. gradus diſtantē, quem diuides ſicut oppoſitum ſuum, deinde quære centra hinc inde & comple priores meridianos.

Primi libri finis.

CLAVDII PTOLEMAEI GEOGRAPHICAE ENARRATIONIS,

LIBER II.

Hæc in ſecundo continentur libro.

Prologus particularis enarrationis.
Expoſitio occidētalioris Europæ partis, ſecūdum ſubiectas ſedecim prouincias uel præfecturas.
Hyberniæ inſulæ Britannicæ.
Albionis inſulæ Britannicæ.
Hiſpaniæ Beticæ.
Hiſpaniæ Luſitaniæ.
Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Celtogalliæ Aquitaniæ.
Celtogalliæ Lugdunenſis.
Celtogalliæ Belgicæ.
Celtogalliæ Narbonenſis.
Germaniæ magnæ.
Rethiæ & Vindeliciæ.
Norici.
Pannoniæ ſuperioris.
Pannonię inferioris.
Illiridis Liburniæ.
Dalmaciæ.
Et hæ prouinciæ explicantur quinq; tabulis.

In tabulis autem hæc potiſſimum obſeruantur.
Definitio.
Promontoria.
Inſulæ.
Fluuiorum ſitus.
Littoralis deſcriptio.
Pelagorum nomina.
Montes.
Flumina.
Paludes.
Prouinciarum nomina.
Regiones ſeu gentes.
Inſcriptiones.
Supraſcriptiones.
Ciuitates inſignes.
Ciuitates ſecundę.
Ciuitates tertiæ.

CAPVT I.

Prologus.

QVAE igitur uniuerſaliter circa Geographiam ſint obſeruāda, conſequentérque, quo pacto deſcriptio ex hiſtoria, uſque huc cognitarum terræ partium emēdari poſſit, hoc eſt, noſtri orbis, tam in Symetria locorum inuicē, quàm figura, ut quàm maxime deſcriptioni in multitudine et modo cōueniant, hucuſque nobis ſit præfiguratum. Nunc uerò particularem inchoabimus expoſitionem, illud præmittentes: Cenſendum eſſe particulares exploratorum locorum deſcriptiones quum in longitudine tum in latitudine, quàm maximè propter cognitionis aſſiduitatem ad ueritatem accedere, ac ideo etiam, quod ita omnes concordent traditiones. Quæ uerò nō eodem modo, propter raritatem peragrata ſunt, nec ob incertitudinem hiſtoriæ cognita, exactiſſime conſiderari debere, ſecundum propinquitatem poſitionum, et figurationem eorum locorum, quæ certiori fide ſunt deprehenſa, quo nihil nobis ex ijs quæ ad complementum totius orbis ordinanda ſunt, imperfectum habeat modum. Quapropter & partiū póſititiones ſuper ſingulis locis in exterioribus ſpaciorum appoſuimus particulis, modo regulari: longitudinem tamen latitudini præpoſuimus, ut ſi emendationes aliquæ, ab hiſtoria certiori inciderunt, in reliquis ſpaciorū paginis aſcribi poſſunt. Porrò & eum in deſcriptione elegimus ordinem, ut ubique facilitatis curam gereremus, hoc eſt, ut à dextra trāſitum faceremus, ab ijs quæ iam ordinata ſunt, ad ea quæ nondum ſub manum uenerunt. Hoc autē fiet, ſi borealiora prius quàm auſtraliora deſcribātur, occidentalioraq; antequàm oriētaliora. Quoniam ad deſcribentium oculos, in ſuperiori nobis loco, borealiora conſtituuntur, in dextra uerò orientaliora or-

bis, tam in ſphæra quàm in tabula: ac
ideo quæ in Europa ſunt, prius collo-
cauimus, quum & nos à Libya, Hercu-
leo diuidimus freto, ab Aſia uerò pela-
go interiacenti, ac Palude Mæoti, nec
non flumine Tanai, ac eo meridiano,
qui ad terram protēditur incognitam.
His reliqua quę per Libyam ſunt adne-
ctimus, quā etiam ab Aſia diuidimus,
poſt maria quæ iuxta Praſſum Aethio
pię ſunt promontorium, uſq; ad ſinum
Arabicum, ipſo ſinu Arabico ac Iſth-
mo, qui ab eius receſſu, iuxta Heroum
ciuitatem ad noſtrū uſq; pertingit ma-
re, Aegyptumq́ue diſterminat ab Ara-
bia & Iudæa, ne Aegyptum diſtraha-
mus, ſi Nilum ſtatuerimus terminum.
Et quia commodius eſt, continentes,
cum ita euenit, fretis potius, quàm flu-
minibus terminari. Reliqua uerò quæ
per Aſiam ſunt, eodem ſubiungemus
propoſito, tum per continentē unum-
quenque in partibus eius ad terram to-
tam, quàm orbem uniuerſum, quo ad
partes ipſas, hoc eſt, ut iterū regiones
borealiores & occidentaliores, primo
ſcribamus, necnon adiacentia eis ma-
ria ac inſulas, cum ſpecie uniuſcuiuſq;
digniori, ſed & partes illas prouincia-
rum, ſeu præfecturarum, diſcernemus
circumſcriptione, expoſitionem iuxta
promiſſionem, quā ab initio fecimus con
tinuantes, ſolum tamen quantum ad co
gnitionem localem, & ordinem pro-
fuerit, diffuſam circa ſingulares genti-
um mores, hiſtoriam prætermittentes:
præterquā ſi ea, de quibus antea nobis
ſermo fuit, breui & neceſſaria indigue
rint adnotatione. Proinde talis expo-
ſitionis modus, cuilibet facultatē præ-
ſtabit, ut uel unam ſeu plures prouin-
cias, aut præfecturas deſcribere poſſit,
ſecundum quod tabularum congrue-
rint dimenſionibus, cum decenti ratio-
ne, & figuratione eorum quæ ſub una-
quaque tabula comprehendi poſſunt,
ad inuicem iuxta eundem fiendi ordi-
nis modū, Pręterea nil admodum refe-
ret, ſi æquidiſtantibus uſi fuerimus me-
ridianis lineis, rectis quoque parallelo
rum, dummodo ſolum partes diſtantiæ
meridianorum eam rationem ſumant
ad diſtantias parallelorum, quam ma-
ximus habet circulus ad illum paralle
lum, qui in tabula hac medius erit. His
itaque deſinitis, particularem iam in-
choabimus expoſitionem.

Prologi finis.

HIBERNIAE INSVLAE *ſitus.* *Caput II.*

Tabula prima Europæ.

Iuernia, Plinio Iuuerna, nunc Irlandia dicitur: eis uulgo Irelond, Anglorum regi paret.

SEPTENTRIONALIS lateris deſcriptio, quod ab hyperboreo Oceano alluitur.

Boreum promontorium. 11 :61 0
Venicniū Promont. 11 50:61 20
Viduæ flu. oſtia 13 :61
Argitę flu. oſtia 14 30:61 30
Robogdiū Promont. 16 20:61 30

Occidētale latus incolunt Vennicnij, Deinde reliquum & Orientale Robogdij. Deſcriptio aūt lateris Occidentalis, quod ab Occidētali Oceano alluitur

Poſt Boreum promōtorium quod eſt 11 :61
Rauij flu. oſtia 11 20:61 20
Nagnata urbs inſignis *Magnata legimus in codice manuſcripto* 11 15:60 15
Libnij flu. oſtia 10 30:60
Auſobæ flu. oſtia 10 30:59 30
Seni flu. oſtia 9 30:59 30
Dur flu. oſtia 9 40:58 40
Ierni flu. oſtia 8 :58
Notium promont. *Cabo de Mar.* 7 40:57 45

Poſt Vēnicnios idem habitāt latus Erdini ſub quibus Nagnatæ, Deinde Autini, *Auteri, ſi uerus eſt Græcus codex.*
Poſt quos Gangani
Sub quibus Vellabori

Meridionalis reliqui lateris ſequitř deſcriptio, cui Vergiuius adiacet Oceanus

Poſt Notium promont.
Dabronę flu. oſtia 11 15:57 0
Birgi flu. oſtia 11 30:57 30
Hieron uel Sacrum promontorium 14 :57 30

Habitant idem latus poſt Vellabros Vterni ſupra quos Vodiæ, & q Orientaliſſimi ſunt Brigātes. *ubi hodie Ganſforda ciuitas.*

Orietalis lateris deſcriptio, cui adiacet Oceanus, qui uocatur Hibernicus

Hoc ſacrum promontorium *Salanga, mons domini, monaſterium à S. Dominico conſtructum* quod eſt 14 :57 30
Modoni flu. oſtia 13 40:58 40
Manapia urbs (*Waterford*) 13 30:58 40
Obocæ flu. oſtia 13 12.59
Eblana ciuitas 14 :59 30
Dublina hodie Hiberniæ Metropolis, uulgo Deuellin.
Bubindæ flu. oſtia *Slayne.* 14 40:59 40
Iſamnium promont. 15 .60
Vinderij flu. oſtia *Drodagh ciuitas.* 15 :60 15
Logię flu. *Bone flu.* 15 10:60 40

Poſt hæc Robogdium eſt promont.

Idem habitant latus poſt Robogdios Darini. Sub quibus Voluntij *Vsluntij.* Deinde Blani *Ebdani.* Poſt Cauci. Sub qbus Manapij. Poſt Coriondi ſupra Brigantes.

Ciuitates mediterraneæ hæc ſunt

Regia *Rigia.* 13 :60 20
* Rhæba 12 :59 45
Laberus 13 :59 15
Macolicum 11 30:58 40
Regia altera 11 :59 30
Dunum 12 20:58 45
* Iuernis 11 :58 10

Hibernię ſuperiacent quinq; Inſulæ Ebudæ nomine *Hebudes Plinio.* Quarum occidentalior uocatur

Ebuda 15 :62

Deinde quæ ad ortum magis extenditur ſimiliter

Ebuda 15 40:62 0
Poſtea Ricina *Ricnea Plinio.* 17 :62
Poſt Maleos 17 30:62 10
Poſt Epidium 18 30:61 0

Iuxta orientalem plagam Hiberniæ, Inſulæ hæ ſunt

Monaœda *Monarina* 17 40:61 30
Mona inſula *Man uulgo* 15 :57 40
Edri quæ deſerta eſt *Andros Plinio.* 15 :59 30

Limni quæ deſerta eſt *Silimnus Plinio.*
15 :59

ALBIONIS INSVLAE BRItanniæ ſitus. Cap. III.

Tabula prima Europæ.

Anglia nunc dicitur uulgò Englond, prius Loëgria. Deinde Scotia, uulgò Schotlandt, Albania prius & Caledonia, Ruſo Britannia ſecunda.

SEptẽtrionalis lateris deſcriptio, q̃d alluit Oceanus, qui uocatur Deucalledonius,
Nouantũ Cherſoneſus, & eiuſdem nominis promõtorium. 21 :61 :40
Rerigonius ſinus 20 30,60 45
Vidogara ſinus 21 20:60 30
Clota æſtuarium *Glota Tacito.* 22 15:59 40
Lelannonius ſinus *Lemannonius in antiquo exemplari.* 24 :60
Epidium promont. 23 :60 40
Longi flu. oſtia 24 30:60 40
Itys flu. oſtia 27 :60 40
Volſas ſinus 29 :60 30
Nabæi flu. oſtia 30 :60 30
Taruedum quod & Orcas promontorium *Finis Scotiæ dicitur.* 31 20:60 15

Occidẽtalis lateris deſcriptio q̃d Ibernicus ac Vergiuius alluit Oceanus.
Poſt Nouantum Cherſoneſum *Cockermonthibi* quę habet 21 :61 40
Abrauanni flu. oſtia 19 20:61
Iena æſtuarium 19 :60 30
Deuæ flu. oſtia *Dee uulgò.* 18 :60
Nouij flu. oſtia. *Cloit.* 18 20:59 30
Ituna æſtuarium 18 30:58 45
Moricambe æſtuariũ 17 30:58 20
Setantiorum portus 17 20:57 45
Beliſama æſtuarium 17 30:57 20
Seteia æſtuarium 17 :57
Tiſobis flu. oſt. *Cõwey.* 15 40:56 20
Ganganotum promont. *Bangor.* 15 :56
Stuccię flu. oſtia *Scynt.* 15 20:55 30
Tuerobis flu. oſtia *Abedeuy.* 15 30:55 10
Octapitarum promõt. *S. David Menenis.* 14 20:54 30
Tobij flu. oſtia *Touue oppidum.* 15 30:54 30
Ratoſtathybij flu. oſtia *Vſta, Vsk.* 16 30:54 30
Sabriana æſtuarium *Sabrinam fluuium Cor. Tacitus lib. 12. alij Sabrinam, uulgò Seuerne.* 17 20:54 30
Vexalla æſtuarium 16 :53 30
Herculis promont. 14 :53
Antiueſtæum promontoriũ, quod etiã dicitur Boleriũ *Belerium Diodoro, uulgò S. Burien, in Cornubia ſiue Cornualls.* 11 30:52 30
Damnonium quod etiam dicitur Ocrinum promont. 12 :51 30

Reliq meridionalis lateris deſcriptio, quod Britannicus Oceanus alluit
Poſt Ocrinum promontorium *Mons S. Michaëlis.*
Cenionis flu. oſtia 14 :51 45
Tamari flu. oſtia *Tone.* 15 40:52 30
Iſacę flu. oſtia *Exuulgo* 17 :52 20
Alaunij flu. oſtia 17 40:52 40
Magnus portus *Portiſmonth, uel portus Hamonis, ubi ciuitas Southampton.* 19 :53 0
Triſantonis flu. oſtia 20 20:53 0
Nouus portus 21 :53 30
Cantiũ promont. *Cantia regio, uulgò kent: ubi ciuitas Cãtuaria, uulgò Cãterbury & Cantelburg.* 22 :54

Orientalis deinde ac auſtralis plagæ latera, quæ Germanico alluũtur Oceano deſcribuntur.
Poſt Taruedum quod & Orcas promont. quod iam dictum eſt
Viruedrũ promont. 31 :60
Veruuium promont. 30 50:59 40
Ilex flu. oſtia 30 :59 40
Ripa alta *Roxenburg.* 29 :59 40
Loxę flu. oſtia *Fyrth flu.* 28 30:59 40
Varar ęſtuariũ *Dunbor* 27 30:59 30
Tuæſis æſtuarium *Tuæſis flu. Tuuede iuxta quem Beruicia munitiſſimũ oppidum regis Anglorum, in finibus Scotiæ, uulgò Berwick.* 27 :59

Celnij

Celnij flu. oſt. *Ale uulgò* 27 :58 45
Taizalum promont. 27 30:58 30
Diuę flu. oſtia *Twäſpeck* 26 :58 40
Taua æſtuarium *Tynemouth.*
25 :58 30
Tinæ flu. oſtia *Tyne uulgò.*
24 :58 30
Boderia æſtuarium *Bodotria Tacito.*
22 30:58 45
Alauni flu. oſtia *Northtyne.*
21 40:58 30
Vedræ flu. oſtia *Twere uulgò.*
20 10:58 30
Dunum ſinus *Doram ciuitas.*
20 45:57 30
Gabrãtuicorum portuoſus ſinus *Geſ-boro.* 21 :57 0
Ocelum promont. 21 15:56 40
Abi flu. oſtia *Humber flu. uulgò dictus, totius Angliæ maximus.* 21 :56 30
Metaris æſtuarium 20 30:55 40
Garienni flu. oſt. *Grent.* 21 :55 20
Extenſio 21 15:55 6
Idumanij flu. oſtia 20 :55 10
Iameſa æſtuarium *Tameſis flu. Cæſari: hodie Thams Rotheſtre, ſiue Roſenſis ciuitas in eius eſt ripa poſt Londinum.* 20 30:54 30
Poſt quam Cantium eſt promont.
22 :54 0

Iuxta Septẽtrionale latus ſub Cherſoneſo eodem appellati nomine Nouantæ habitãt apud quos urbes hæ.

Lucopibia 19 :60 20
Retigonium 20 10:60 40

Sub ija Selgouæ, apud quos urbes hæ.

Carbantorigum 19 :59 20
Ooxellum 18 30:59 20
Vxellũ alijs dicta, hodie Ceſtria, uulgò Cheſtre we cheſtre, Caërlegion Caërthleon, Legeceſtria, urbs legionum caërchle.
Corda 20 :59 40
Trimontium *Adrianopolis ab alijs eſt dicta.*
19 :59 0

His uerſus ſolis ortum magis ſeptentrionalea Damnij ſunt, in quibus urbes hæ

Colania 20 30:59 10
Vanduara 21 40:60 0
Coria 21 30:59 20
Alauna 22 45:59 20
Lindum 23 :59 30
Victoria 23 30:59 0

Gadini uerò magis ſeptentrionales, Otadeni autem magis auſtrales ſunt in quibus urbea hæ.

Curia 20 10:59 0
Bremenium 21 :58 45

Poſt Damnios uerſus ſolis ortũ magis Septentrionales, quaſi ad ortũ uergentes ab Epidio promontorio, Epidij ſunt. Poſt quos Cerones. Poſt orientaliores Creones. Deinde Carnonacæ. Deinde Carini. Et orientaliores ultimiq; Cornabij. A Lelãnonio autem ſinu uſq; ad æſtuarium Varar, ſunt Caledonij. Et ſupra eos Caledonia ſylua. Quibus magis orientales ſunt Cantæ. Poſt quos Logi, coniuncti Cornabija. Et ſupra Logos Mertæ ſunt. Sub Caledonijs autem Vacomagi.

Apud quos hæ ſunt urbes.

Banatia 24 :59 30
Tamia 25 :59 20
* Alata caſtra *Caſtrũ puellarum, uulgò Edenburgh Scotiæ regia* 27 15:59 20
Tueſia *Berwik.* 26 54:59 10

Sub ijs, qui magis occidẽtales ſunt habitãt Venniconea In quibus urbs, Orrea. *Neucaſtel, Monacaſtre, ubi carbonum copia.* 24 :58 45

Deinde q magis oriẽtales ſunt, Tæxali Et urba

Deuana *Vros Bebbe, Banburg, Bebanburgh, Bobcite.* 26 15:59 45

Ruſua autẽ ſub Elgouis & Otadinis. ad utraq; maria habitant Brigãtes. In quibus urbes

Epiacum 18 30:58 30
Vinnouium 17 30:58 0
* Caturactoniũ *Caërleil, Caërdulia, Lugubalia.* 20 :58 0
Calatum 19 :57 45
Iſurium 20 :57 40
Rigodunum 18 :57 30
Olicana *kirkbi* 19 :57 30
* Eboracum *York uulgò, Eboracenſis metropolis, Caërbranck.* 20 :57 20
Et Legio ſexta Nicephorica
Camunlodunum *Camulodunum Tacito.*
18 15:57 0

Apud hos penes ſinum portuoſum Pariſi Et urbs
Petusria 20 40:56 40
Sub ijs & Brigantibus habitant, magis ad occaſum tendẽtes, Orduices
Penes quos urbes
Mediolaniũ *Mãcheſter.* 16 45:56 40
Brannogenium 16 :56 15
His uerò magis orientales ſunt Cornabij In quibus urbes
Deuana *Duana caſtra, uulgò Doncaſtre.*
18 30:55 0
Et legio uigeſima Nicephorica
Viroconium 16 45:55 45
Poſt hos Coritani, In quibus urbes
Lindum *Lincolnia, Lindecolinum, uulgò Lyncoln.* 18 40:55 45
Rage *Notingham* 18 :55 30
Deinde Catyeuchlani. In quib. urbes
Salinæ *Sanctus Albon.* 20 10:55 40
Vrolanium *Verulamium* 19 20:55 30
Poſt hos Simeni. Apud quos urbs
Venta 20 30:55 20
Et magis orientales penes Iameſam æſtuariũ Trinobãtes ſunt *Trinobat. à Cæſar appellat.* In quibus urbs
Camudulanum 21 :55 0
Colcheſtre, Caërcolden. Eſt hodie Angliæ ciuitas Vinceſtria, uulgò Vuincheſtre, quæ Camuloduniũ, eadem & Venta olim uocata eſt, ſed ſita eſt ad meridiem iuxta Magnum portum.
Iterũ ſub dictis populis maxime occidentales ſunt Metæ, *aliter Dimetæ.*
In quibus urbes
Luentinum *Powesland.* 15 45:55 10
Mariduniũ *Caërmarden.* 15 30:54 40
His magis orientales Sylires ſunt *Sylures.* In quibus urbs
Bullæum *Vuitlan.* 18 20:55 0
Poſt quos Dobuni, & urbs
Corinium *Claudiana caſtra, Claudioceſtria Glouceſtre.* 18 :54 10
Poſt Atrebatij, & urbs
Caleua *Oxonia, uulgò Oxforde, Oxenford.*
19 :54 15
Poſt quos maxime orientales Cantij
In quibus urbes
Londinium *Londinum, Londres, London.*
20 :54 0
Daruernum 21 :53 40

Douer portus in Galliã traijcitur, iuxta cum in mediterraneis Cantuaria metropolis, uulgò Canterbury, Canterburg, Caërkent.
Rutupiæ 21 45:54 0
Rutepi portus, Rutipe, Reptaceſtre, Sandicus portus, uulgò Sandwich.
Rurſus Atrebatijs & Cantijs ſubiacẽt Regni. Et urbs
Næomagus *Chicheſtre, Ciſſanceſtre, Caerrei.*
19 43:53 40
Dobunis uerò ſubiacent Belgæ
Et urbs
Iſchalis *Ilcheſtre.* 16 40:53 30
Aquæ calidæ *Bathe.* 17 20:53 40
Venta *Briſtown.* 18 40:53 30
Deinde uerſus occaſum & auſtrũ Durotriges ſunt.
In quibus urbs
Dunium *Dorlunga, Dorceſtre,*
18 :52 40
Poſt quos maxime occidẽtales Domnonij *Dunmonij, Deuonis prouincia, Deuonshire.* In quibus urbes
Voliba *Bodman.* 14 45:52 20
Vxella *Kreckhornwel.* 15 :52 45
Tamare *Tanerſtok.* 15 :52 15
Iſca *Exceſtre.* 17 30:52 45
Legio ſecunda auguſta *Leskerd.*
17 :52 36
Inſulæ autem adiacent Albioni iuxta Orcada promont.
Ocitis inſula 32 40:60 45
Dumna inſula 30 :61 0
Supra quã Orcades inſulæ ſunt, numero triginta circiter, *Earum Hetlandia maxima, qua in ciuitas epiſcopalis Orcada.*
Quarum medium gradus habet
30 :61 40
Et ſuper ipſas Thyle eſt, *Islãdia hodie dicitur, ſub rege Daniæ. duo in ea epiſcopia Holen & Schalholtẽ* cuius inſulæ pars quæ maxime ad occaſum tendit gradus habet 29 :63 0
Quæ maxime ad ortũ 31 40:63 0
Quæ maxime ad arctos
30 20:63 15
Quæ maxime ad auſtrum
30 20:62 40
Medium inſulæ 30 20:63 0
Iuxta Trinoantes uerò inſulæ hæ ſunt
Toliapis

Toliapis inſula *Teno inſula, uulgò Tenet.* 23 :54 20

Counos inſula *Shepey.* 24 :54 30

Sub magno uerò portu inſula eſt Vectis *Wyht incolæ uocant, in qua oppida Calbork & Neupert.* cuius mediũ gradus habet 19 20:52 20

HISPANIAE SITVS Caput IIII.

Tabula ſecunda Europæ.

Heſperia ultima ſeu Heſperia occidentalis, & Iberia ſiue Ibera dicta. Amnes in Hiſpania Marineus Siculus 150. numerauit. & pontes ſeptingentos.

HIſpaniæ, quæ apud Græcos Iberia dicitẽ, tres prouinciæ ſunt, Bętica, Luſitania ac Tarraconenſis Et Bæticę *Regnum Granatæ hodie, Straboni Turdetania,* quidem latus, quod uerſus occaſum atq; Septentriones eſt, terminatur à Luſitania, & pro parte à Tarraconenſi, cuius lateris deſcriptio ſic ſe habet

Os orientalius Anæ flu. *Guadiana uulgò dicitur* 4 20:37 30

Flexio flu. ad ortum 6 20:39 0

Pars flu. iuxta finem Luſitaniæ 8 :39 0

Hinc deſcripta linea iuxta Tarraconẽſem Hiſpaniæ, tanquã uerſus Balearicum pelagus finem habet

Fontes Anæ flu partes habent. 12 :37 15

Auſtrale autẽ latus Bęticæ terminatur in exteriori pelago Oceano & Herculeo freto, in interiori autem mari Iberico pelago: huiuſq; lateris deſcriptio ſic ſe habet, poſt Anæ fluuij oſtia in exteriori mari ſic

Turditanorum *Turdetanorum.*

Onobaliſturia *Onobaluſturia.* 4 40:37 20

Bætis flu. oſtia orientalia *Guadalquebir. Scicen dictus.* 5 20:37 0

Fontes flu. 12 :38 30

Quod iuxta Aſtan eſt æſtuariũ. *S. Lucas* 6 :36 45

Turdulorum

Meneſthei portus *Beſippo portus Plinio.* 6 :36 20

Promontoriũ à quo fretum, in quo

Iunonis tẽplũ *S. Maris* 5 45:36 5

Bælonis flu. oſtia 6 10:36 10

Bælon ciuitas *Tariſa.* 6 15:36 40

Baſtulorũ *Baſiſtanorũ.* qui dicuntur Pini

Menralia *Mellaria Begerra de Melana.* 6 30:36 10

Tranſducta 6 40:36 20

Barbeſola *Berbeſul.* 7 15.36 10

Carteia 7 30:36 10

Calpe mons & colũna in interiori mari *Mons Gibaltar, ubi ſtrictum de Zibaltar.* 7 30:36 15

In Iberico autem mari

Barbeſolæ flu. oſtia 7 40:36 40

Suea *Suel Plinio, uulgò Chipiona.* 8 :36 6

Saducæ flu. oſtia 8 30:37 0

Malaca *Malega* 8 50.37 30

Manoba *Velez malaga.* 9 15:37 15

Sex 9 45:37 45

Selambina *Sellobreya.* 20 15:37 15

Extenſio 10 50:37 6

Abdara *Vrgi dicta, Abdera, Hiſpanicè Almeria.* 10 45:37 10

Portusmagnus 11 20:37 6

Charidemi promont. *Cabo de gata uulgò.* 11 30:36 20

Reliqua pars prouinciæ uerſus hyemalem ſolis ortũ penes Balearicum pelagus fines habet linea ea quæ à dicto Charidemi promontorio extenditur uſq; ad expoſitũ finem, in quo Balaria ciuitas *Baria Bara.* 11 45:37 10

Orã uerò littoris Menralia uſq; Barias urbem, ij, qui Baſtuli uocantur, tenent. Supra quos mediterranea uerſus Tarraconenſem incolũt Turduli *ailás Turdi.*

In quibus urbes mediterraneæ

Setia 9 10:38 50

Illurgis *Illora uulgò, Iliturgi, forum Iulium Plinio.* 9 30:38 40

Vogia 9 5:38 30

Calpurniana 9 45:38 10

Cœcila 9 15:38 30

Biniana *Beniana.* 10 :38 15
* Corduba *(patritia olim) Cordoba.*
9 40:38 6
Iulia *velia Belia uulgò.* 9 38:30 0
Obulcum *Vbeda hodie, Obulco Plin. & Straboni, Vlla Cæſari.* 10 10:38 0
Arcilacis *Alcalaborra.* 8 45:37 45
Detunda 8 40:37 6
Murgis *Murcia.* 8 15:37 40
Salduba 8 45:37 56
Tucci *Tucis Straboni, Augusti gemella Plinio.* 8 :37 10
Sala 7 30:37 0
Balda 7 :36 40
Ebora 6 15:36 56
Onoba 6 10:36 20
Illipula magna *Ilipa, Ilpa.*
9 40:38 6
Selia 9 40:37 45
Veſcis *Veſci & Fauentia Plinio.*
9 30:37 30
Eſcua 9 10:37 30
Artigis *Albama.* 9 40:37 26
Calicula 10 10:37 45
Lacibis 10 15:37 30
Sacilis 10 26:37 50
Laccippo *Lapecia* 10 45:37 45
* Illiberis (*Liberia dicta*) *Granada, caput regni Granatæ.* 11 :37 40

Interiora & iuxta Luſitaniã tenẽt Turditani, In quibus urbes

Turdulorum pars hæc inter Granatam & Portugalliam Turditania primo, deinde à Vandalis Vandalia ſiue Vandaluſia, hodie Andaluzia.

Canaca 4 20:38 0
Seria *Fama Iulia Plinio.* 4 40:37 45
Oſca *Hueſcar uulgò.* 5 :37 5
Cęriana 5 10:38 20
Vrium *Aurienſis.* 5 40:38 20
Illipula 6 :38 20
Setida 6 30:37 45
Prucci 5 30:37 30
Sala 5 20:37 30
Nabriſſa *Nebriſſa, hodie, Veneria cognominata.* 5 40:37 30
Vgia *Oguijar.* 5 30:37 45
Aſta 6 :37 20
Corticata 6 40:38 40
Lælia 6 30:38 40
Italica 7 :38 0

Maxilua 6 20:37 20
Vcia *Vris Plinio.* 7 :37 40
Cariſſa *Cariſa cognomine Aurelia.*
6 30:37 30
Calduba 6 40:37 15
Pæſula 7 :37 10
Saguntia *Sarguntia Plinio.*
6 30:37 56
Aſindum 6 30:37 20
Nertobriga 7 :38 50
Contributa 9 10:38 0
Regina 7 10:37 50
Curſus 8 :38 40
Mirobriga 7 :38 26
Spoletinum 7 20:38 20
Lępa magna 7 40:37 30
* Iſpalis *Romulea cognominata, uulgo Seuilla.*
7 15:37 50
Obucola *Obucula.* 8 :37 45
Calicula *Calucula Plinio.*
7 40:37 45
Oleaſtrum *Oleatro.* 7 20:37 10
Vrbona 7 30:37 26
Bæſippo 7 15:37 6
Fornacis 8 30:38 30
Arſa 8 40:38 30
Aſyla 8 36:38 20
Aſtygis *Augusta firma olim clariſſima, Aſtygi alijs dicitur, uulgò Ecija.*
8 15:38 20
Charmonia *Carmo Strabo.*
8 10:38 0

Bęticorum Celticorum.

Aruci 5 50:38 0
Arunda 6 30:38 30
Curgia 6 :38 40
Acinipo 6 30:38 50
Vama 6 15:38 26

Montes in Bætica nominantur,

Marianus *Sierra morena, ſaltus Caſtulonenſis.* cuius medium 6 20:37 40
Et qui Illipula dicitur *Sierra uermeia.* habet, 7 30:37 46

Adiacet & Bæticæ inſula in exteriori mari, in qua ciuitas Gadira *Gades.*
5 10:36 6

Gadituyam legit Hermolaus apud Plinium, Cotynuſa Dionyſio, alijs Erythrea, hodie Calix, uulgò Caliz.

HISPANIAE LVSITANIAE ſitus. Cap. V.

Tabula ſecunda Europæ.

Portugallia dicta à Gallis quaſi portus Gallorum, qui in Hiſpaniam nauigantes Portugallo ciuitati & toti regno nomen dedere.

LVſitaniæ auſtrale latus, quod idem eſt cũ Septentrionali latere Bæticę, dictũ. Latus uerò Septentrionale Luſitaniæ coniungitur cum Tarraconenſi Hiſpania, iuxta occidentalem plagã Dorij fluuij *Portus ibi ciuitas uulgò Portugallo.* cuius oſtia ad exterius erumpunt mare, graduſq; habent. 5 20:41 45

Pars autem fluuij iuxta terminũ Luſitaniæ gradus tenet 9 10:41 50

Fontes autem fluuij 12 40:41 40

Orientale autem latus coniungitur & ipſum Tarraconẽſi: fines uerò prædictæ iunguntur ad Anam flu. atque Dorium.

Latus autem eius occidẽtale, quod occiduus alluit Oceanus ſic ſe habet.

Poſt Anæ flu. oſtia.

Turditanorum

Balſa *Tauila.* 3 40:37 45

Oſſonaba (*Siluenſis epiſcop.*) *Siluera.* 3 :37 45

Sacrum promont. *Caput S. Vincentij hodie dicitur ubi Cuneus ager.* 2 30:38 15

Calipodis flu. oſtia 5 :39

Salacia 5 6:39 26

Cætobrix *Cezimbra.* 4 26:39 30

Luſitanorum

Barbariũ promont. 4 45:39 45

* Olioſipon *Vlyßipona, uulgò Lisbona, Salatia Plinio, Vlyſſea Strab.* 5 10:40 15

Tagi flu. oſtia 5 30:40 10

Pars ipſorum uſq; ad Tarraconenſes 9 :40 30

Fontes flu. 11 40:40 45

Lunæ montis promont. *Ponte de luna.* 5 :40 40

Mondæ flu. oſtia 5 10:40 45

Vaci flu. oſtia *Vacua Straboni.* 5 10:41 10

Poſt quæ Dociæ flu. oſtia *Durius, uulgò Duero.* 5 20:41 50

Fontes flu. 11 30:41 50

Quæ uerò circa Sacrum promõt. ſunt Turditani occupant

In quibus urbes in Luſitania mediterraneæ hæ

Pax Iulia (*Pace, Pacenſis epiſc. Badaioz uulgò.* 5 20:39 0

Iulia Myrtilis *Babena.* 5 15:38 45

Interiora his habitant Celtici

In quibus urbes in Luſitania hæ

Lancobriga *Coymbra* 5 45:40 15

Piana *Cepiana.* 5 20:40 0

Bretolæum *Briſtum eſt.* 6 :40 0

Mirobriga 5 20:39 45

Arcobriga *Briga priſca Hiſpanorũ lingua oppidum dicitur, ut Thracibus Bria, Germanis, burg. ideo hæ plurium locorum ſunt terminationes.* 5 40:39 0

Merebriga 6 30:39 40

Catraleucos 5 40:39 20

Turres albæ 6 10:39 20

Arandis 6 30:39 6

Quæ ſupra hæc ſunt, tenent Luſitani

In quibus urbes mediterraneæ hæ

Lauara 5 30:41 0

Aritium 5 40:41 30

Selium 6 :41 20

Elbocoris 6 30:41 15

Araducta 6 40:41 30

Verurium 7 15:41 6

Velladis 6 40:41 6

Aeminium 7 20:41 30

Chretina 5 30:40 40

Arabriga 5 40:40 30

Scalabiſcus. *Scalabis antea Iulium præſidiũ ſiue turris Iulia, hodie Troſilum, uulgò Trugillo.* 6 :41 0

Tacubis 6 20:40 45

Concordia 6 40:40 30

Talabriga 7 30:40 45

Ruſticana *Ciudad Rodrigo.* 7 10:40 30

Mendeculia 6 50:40 15

Caurium *Caura, uulgò Coria.* 6 40:40 0

Turmogum 8 :40 15

Burdua 7 20:40 0

Colarnum 6 50:39 45

Sallæcus 6 40:39 30
Ammæa 7 :39 20
Ebura *Ebora hodie.* 7 :39 6
* Norba Cæſarea *Alcantar.*
7 50:39 56
Licinniana 7 20:39 40
* Auguſta emerita *Merida uulgo, olim altera Roma.* 8 0:39 30
Euandria 7 20:39 15
Geræa *Caceres uulgo* 7 40:39 6
Cecilia Gemillina *S. Maria de Guadalupe*
8 30:39 30
Capaſa 8 40:39 10

Maximè Orientales ſunt Vergones, *aliâs Vettones, qui non Portugaliæ, ſed Caſtellæ ſunt hodie populi.*

In quibus urbes hæ

Lancia oppidana 8 30:42 40
Cottagobriga *Cottæobriga*
8 :41 30
Salmantica *Salamanca* 8 50:41 50
Auguſtobriga 8 :41 15
Ocellum 8 20:41 15
Capara *Capera, uulgo Caparra.*
8 30:41 0
Manliana *Mons maior.* 8 20:41 0
Laconimurgi *Lamego.* 8 20:40 45
Deobriga 8 40:40 40
Obila 8 50:40 26
Lama 8 30:40 6

Adiacet Luſitaniæ inſula

Londobris *Barlingas hodie uocant paruas inſulas.* 3 :41

HISPANIAE TARRACOnenſis ſitus. Caput VI.

Tabula ſecunda Europæ:

Aragoniam, Valentiam, Cataloniam, Nauarram, & Caſtiliæ partem continet Tarraconenſis.

Hiſpaniæ Tarraconēſis occidētale latus, quod occiduus alluit Oceanus, ſic ſe habet,

Poſt Dorij flu. oſtia Callaicorum Bræcariorum *aliâs Gallæci, uulgò Gallegos dicũt, Gallecia regio uulgò Galicia.*

Aui flu. oſtia (*Auo Melæ*) 5 30:42 15
Auarum promont. 5 40:42 30
Nebis flu. oſtia *Benis Strabo.*
5 40:42 46
Limij flu. oſtia (*Durio miſcetur*) *Linia uulgò.*
5 30:43 15
Minij flu. oſtia *Minno uulgo.*
5 20:43 40
Fontes fluuij 11 30:44 19
Callaicorũ Lucenſium *Hec eſt hodie Galicia, nam priores ad Portugaliam ſpectant.*
Orubium promont. 5 30:44 0
Viæ flu. oſtia 5 40:44 20
Tamaræ flu. oſtia *Tamaris Melæ.*
5 40:44 40
Artabrorum portus 5 20:45
Nerium promont. *Artabrorum promont.*
5 14:45 10

Septentrionale uerò latus, ſupra quod Oceanus Cantabricus eſt ſitus, ſic deſcribitur.

Poſt Neriũ promontoriũ, Aliud promont. in quo Solis aræ.
5 20:45 10
Vir flu. oſtia 6 15:45 30
Promontorium deinde proximum
6 30:45 30
Callaicorũ Lucēſium in magno portũ
Flauium Brigantium *Compoſtella, ubi S. Iacobus, Mela Ianaſum uocat.*
7 15:45
Lapatia Cory promōtorium, quod & Trileucum dicitur 8 15:45 50
Metari flu. oſtia 9 :45 45
Nabij flu. oſtia *Narium dicit Mela.*
10 20:45 40
Nauilloulonis flu. oſtia
11 20:45 50

Pæſicorum

Flauionauia 11 45:45 26
Næli flu. oſtia 12 :45 30

Cantabrorum

Nœgaucefiæ flu. oſtia *Sanga Plinio.*
13 :45 40

Autrigonum

Neruæ flu. oſtia 13 10:44 40
Flauiobriga *Bilbao* 13 30:44 15

Cariſtorum

Diuę flu. oſtia *Deua apud Pom. Melam*
13 45:44 26

Vardulorum

Menoſca 14 20:45 0

Vaſconum

Vaſconum

Manlaſci flu. oſtia *Magrada Melæ.* 15 :45 0

Eaſo ciuitas *S. Sebaſtianus.* 15 10:45 0

Eaſo promont. Pyrenei 15 :45 50

Latus autẽ æſtiuũ ortus Solis, terminũ habet Pyrenem, à dicto promontorio uſq; ad montes, qui noſtrũ mare attingunt, quo loco erectum eſt Veneris templum, cuius poſitio eſt 20 20:42 20

Aphrodiſium promontorium Cabo de cruz ab indigenis hodie uocatur, iuxta Colliure.

Curuatur uerò mons paululum, quaſi Hiſpaniã uerſus. Vnde ſinuationis medium in Tarraconenſi gradus habet 17 :43 0

Reliqua uerò Tarraconẽſis latera alia circa Luſitaniam Bæticã dicta ſunt, at reliquũ, et quod circa Baleariſcum pelagus eſt, uergitq; ad ortũ hyemalem, talem habet deſcriptionẽ, poſt Bęticæ finem. 12 :37 15

Baſtianorum littoralis ora. *Baſſetani.*

Vrce *Aquile* 12 :37 20

Conteſtanorum littoralis ora.

Lucentum *Suſana.* 13 30:37 30

* Carthago noua *Quæ & Spartaria, Cartagena.* 12 15.37 50

Scombraria promont. *Cabo de perales.* 12 50:38 0

Terebris flu. oſtia *Tuder Plinio.* 12 30:38 30

Alonæ *Alonem uocat Mela, uulgo Alicante.* 12 40:38 30

Sætabis flu.. oſtia 13 :38 45

Illicitatus portus 13 30:38 45

Sucronis flu. oſtia 14 :38 20

Edetanorum

Pallantię flu. oſtia 14 40.38 50

Turulis flu. oſtia *Turia uulgo Claudiano & Hermolao apud Plinium Pomponius Durium corrupte nominat.* 15 :39 0

Dianium *Denia uulgo* 15 40:39 30

Ilercaonum

Tenebriũ promont. 15 50:39 20

Tenebrius portus 15 30:40 0

Iberi flu. oſtia *Ebro flu. uulgo dicitur.* 16 :40 30

Medium ipſius fluuij 14 :42 0

Fontes fluuij 12 30:44 0

Coſetanorum

* Tarracon *Tarragona* 16 20:40 40

Subur *Cubells,* 16 50:40 45

Læetanorum

* Barcinon *Fauentia Plin. Barſelona.* 17 15:41 0

Rubricati flu. oſtia *Lobregat.* 17 30:41 0

Bætulon *Betholon flu. eſt, Beſon uulgo.* 17 50.41 20

Lunariũ promont. *Mons Iouis, Scalæ Annibalis, Melæ, nunc Moniui* 18 30:41 30

Diluron 18 :41 45

Blanda *Blanes.* 18 15:42 0

Indigetorum

Sambrocæ flu. oſtia 18 30:42 30

Emporię *Caſtellon de purias* 18 45:42 20

Clodiani flu. oſtia *Alba Plinio.* 19 :42 30

Rhoda ciuitas, *Rhodopen oppidulum uocat Strabo.* 19 30:42 30

Poſt hanc dictũm Veneris templũ *Colliure* 20 20:42 20

Montès in Tarraconẽſi inſignes ſunt Vindius, cuius fines habent partes 9 :45 & 11 30:44 15

Et Edulius mõs, cuius fines habẽt partes 14 40:42 15 & 16: 43

Et Egdubeda mons *Idubeda in antiquo & Græco codice legitur, & apud Straboñẽ, uulgo Iubalda,* cuius fines habent gradus 14 :41 30 & 14: 14 20: 39

Et Ortoſpeda mons, cuius fines habẽt 12: 37 40 & 14:39 40 *Oroſpeda*

Tenent autem circa Nereũ promont. Artabri *Arotrebas uocitatos ait Strabo.*

In quibus ciuitates

Claudiomeriũ *Cormes.* 5 45:45 10

Nouium *Noia.* 6 10:44 45

Iis hęrent Callaici Lucenſij. *Gallegos.*

In quibus ciuitates

Burum	8	15:45	0
Olina	8	30:45	30
Vœca	9	20:45	20
Libunca	10	10:45	40
Pintia	10	10:44	50

Caronium

Caronium *Cheroga.* 7 :44 45
Turuptiana *Tuitana hodie Tuy uulgo.*
6 20:43 45
Glandomirum, *Mondannedo.*
7 :43 30
Ocelum *Otero de rey.* 8 20:44 26
Turriga 8 50:44 36

Cæpororum

Iria flauia *S. Maria, finis terræ.*
6 36:44 30
Lucus Auguſti *Olucæ, Lugo uulgo, Olucenſe epiſcopium, aras Sextianas Plinius, Auguſti turrim Mela nominat.* 7 26:44 26

Cilinorum

Aquę calidę *Orēſe uulgo* 6 20:44 20

Lemauurum

Dactonium 7 30:44 0

Bædyorum

Flauialambris 7 20:44 45

Ab occaſu uerò reliqua Propōtidis parte, et Helleſpōto, Aegeoq; pelago ac Icario, Myrtooq;, iuxta deſcriptionē littoris hanc. Ex Propontide minoris Myſiæ, quæ in Helleſponto eſt

* Cyzicus *Spiga uulgò Zelis.* 56 :41 30

Aeſipi flu. oſtia *Aeſapus Straboni.* 56 10:41 36

Parium *Adraſtia Homero, Pariſa uulgò.* 55 45:41 30

Grenij flu. oſtia *Granicus cæteris.* 55 30:41 30

* Lampſacus *Cirſæ uulgò, Pityuſa Homero.* 55 20:41 26

Hell:ſponti

Brachium ſancti Georgij, ubi Xerxis pons:

* Abydus 55 20:41 15

Simoëntis flu. oſtia 55 20:41 20

Dardanum *Dardania Aeneæ ditio.* 55 15:41 6

Scamandri flu. oſtia *Xanthus.* 55 15 41 0

Sigeum promontorium *C. ſanctæ Mariæ.* 55 10:41 0

In Aegęo autem pelago Phrygiæ minoris, quæ Troas dicitur.

Epictete dicitur, ſeu Helleſpontia Phrygia.

* Alexandri Troas 55 26:40 40

Lectum

Lectum promont. 55 40:40 26

Aſſum *Apollonis Plinio, Aſſus Straboni.* 56 :40 25

Myſiæ maioris *Aeolis facta Pomp. Mele.*

Iarganum 56 10:40 20

Vetus Scepſis *Paleſcepſis.* 56 15:40 20

* Antandrus *Edonis Plinio.* 56 30:40 20

* Adramyttium *Adramiteos Plinio.* 56 30:40 0

Poroſelene 56 10:39 45

Pitane *Pitana, Pitanæi populi Strab.* 56 30:39 15

Caici flu. oſtia 56 30:39 15

Fontes fluuij 58 :40 30

Aeolidis

Cene promontoria 56 25:39 15

Canæ oppidum Strabo, Pomponius Canna.

Pitane circumfluit Pitanem ciuitatem 56 30:39 15

Elæa Pergamorum naualia 57 :39 6

Myrina (eſt & Pergami Teuthrania) *Sebaſtopolis.* 57 15:39 15

Inter Elæam autem & Pitanem ac Atarnæam.

Hydræ extrema 57 30:39 6

Cuma *Folia noua, Cyme Tacito, Mele & Plin,* 57 20:39 0

Phocæa *Folia uetera.* 57 15:38 50

Hermi flu. oſtia 57 30:38 45

Coniunctio Hermi amnis, & Pactoli fluuij 58 10:39 26

Fontes Hermi flu. 60 :40 0

Fontes Pactoli flu. 59 :39 0

Ioniæ *Quiſcum hodie, Turcarum prouincia, Naulochus Steph.*

* Smyrna *Lamires uulgò.* 57 26:38 36

Clazomene *Grina, unde Apollo Grineus.* 57 :38 36

Argenum promont. 56 30:38 40

Et in Icario pelago

Eryhræ *Erythræa Sibylla, Gnopopolis dicta Steph.* 56 40:38 26

Teos 57 10:38 20

Lebedus 57 30:38 30

* Colophon *Homeri patria.* 57 40:38 10

Caiſtri flu. oſtia 57 15:37 50

Fontes fluuij 60 15:39 20

* Epheſus *in Apocalypſi.* 57 20:37 40

Caput prouinciæ Quiſitan Turcarum, tradit Haithonus: prius dicta Morges, Ortygia, & Ptelea.

Trogiliũ promont. 57 10:37 45

Mæandri flu. oſtia 57 40:37 20

Coniunctio Lyci flu. cum ipſo 60 :38 40

Fontes Mæandri flu. 62 30:39 30

Fontes Lyci flu. 60 :37 15

Cariæ iuxta Mirtoum pelagus

Pyrra *Pyrrha.* 57 50:37 26

Heraclea ad Latmon *Lamius antea.* 57 30:37 10

* Miletus *Lelegis, Pityuſa & Anactoria.* 58 :37 0

Iaſſus 57 30:36 50

Bargylia *Bargyla Plinio Bargylos dicitur Stephano & Mele.* 57 50:36 40

* Myndus 57 40:36 26

Doridis

Scopie extrema *Termerium Straboni.* 57 20:36 26

* Alicarnaſſus *Coſmeti hodie, Halicarnaſſus, Zephyra olim.* 57 50:36 10

Ceramus 57 :36 0

* Cnidus ciuitas & promont. *Chij caput à noſtris appellatur.* 56 15:36 0

A meridie Rhodienſi pelago, in quo

Onugnatos extrema 56 40:35 30

Loryma *Larumna Pom. Mele, Plinio & Straboni Loryma.* 57 50:35 36

Creſſo portus 57 40:35 50

Phœnix Caſtellum 58 :36 10

Phuſca *Phyſcus Straboni.* 58 15:36 10

Calbis flu. oſtia *Ninus Plinio.* 58 48:36 6

Caunus *Magri uulgò.* 59 10:36 0

Ab oriente autẽ Lycia à termino poſt Caunum uſq; ad eum, qui continet gradus 59 30:37 50

A quo & à meridie terminatur Lycia iuxta Myliadem ciuitatem uſque ad finem, cuius ſitus 61 :37 50

Et Pamphylia per lineam à fine prædicto quouſq; contineat partes 61 20:38 36

Et Galatia per lineã, quę inde ad communem Bythiniæ terminum flectitur uerſus

uerſus ortum iuxta ferè medium, cuius flexionis ſitus continet gradus
62 15:39 15

Montes aũt in Aſia nominantur, quorum medij ſitus nunc exponentur.

Et Ida mons *Gargara, Paridis iudicio memorabilis.* 56 :41 0
Et Cimon mons 56 :40 40
Et Timnus mons *Temnus ciuitas.*
57 40:40 30
Et Didimi occidentalia *Didymæi Apollinis oraculum, priſcis dictum Branchidæ.*
61 :40 40
Et Sipylus mons 59 :39 30
Et Tmolus mons 58 30:38 30
Et Miſores mons 58 40:38 40
Et Mycale mons 58 :37 40
Et Cadmus mons 59 40:37 40
Et Mimas mons 59 30:38 30
Et Phœnix mons 58 :36 30

Ciuitates mediterraneæ minoris Myſiæ quæ ad Helleſpontum eſt.

Hinc Tauri montis initium faciunt, quem totius orbis maximum ad Indiæ uſque & Scytharum extremos fines protendunt.

Scepſis 56 30:41 30
Hieragerme 56 15:41 15

Phrigiæ autem, cuius etiam eſt Troas mediterranea, *Troia.*

* Ilium 55 50:41 6
Ilium nouũ xxx. ſtadijs à ueteris ſitu diſtans, Strab.

Myſiæ uero maioris mediterraneę

Daguta 57 30:41 20
Apollonia penes Rhyndacũ amnem
57 :41 15
Traianopolis 56 40:40 15
Alydda 57 30:40 15
Præpenniſſus 56 50:40 26
* Pergamus *Apocalypſis.*
57 26:39 46

Et populi magis quidem Septẽtrionales ſunt Olympini. Occidentaliores autem Trimenothuritæ, quorum eſt Traianopolis. Magis autem meridionales ſunt Pentademitæ. Et in medio horum Myſomacedones.

Lydiæ autem & Męoniæ ciuitates hæ ſunt,

Pepere *Perperenne Plin.* 57 50:40 0
Moſteni *Moßini Plin. Moſceni, ſiue Macedones Hyrcani Cor. Tacito lib. 2.*
58 :39 30
Hiero cæſarea 57 15:39 30
Nacraſa 58 20:39 30
* Thyatira *Apocalypſis, Pelopia & Eubippia Plinio.* 58 :39 30
Magneſia, penes Sipylum
58 40:39 10
Iuliogordus 59 :39 36
Aegara *Aegeata Cornelio Tacito.*
57 50:38 50
Hypępa 58 :38 56
* Sardis *Apocalypſis.* 58 40:38 15
* Philadelphia *Apocalypſis.*
59 :38 50
Iouis fanum 59 40:38 26
Metropolis 58 :38 0

Cariæ autem *Leleges quondam Strab.*

* Tripolis 59 :38 30
* Laodicia ſup Lyco 59 15:38 40
Dioſpolis, dein Rhoas Plin. eſt in Apoc. Ioannis.
* Antiochia penes Mæandrum
59 30:38 30
Itoana *aliâs Bitoana.* 59 15:38 26
Trapezopolis 59 30:38 15
Nyſa 59 :38 15
Aphrodyſias, hoc eſt, Veneris
59 40:38 10
* Trallis 58 40:38 6
Anthea prius, & Erymna Stephano, Chora nunc Agathio lib. 2. belli Gothorum.
* Magneſia penes Mæandrum
58 30:37 50
Apollonia *ad Libanon.* 59 26:37 36
Heraclea *ad Albanon.* 59 30.37 56
* Priene *Cadme Strab.* 58 :37 40
Arpaſa *aliâs Harpaſſa.* 58 6:37 36
Orthoſia 59 :37 36
Neapolis 59 26:37 56
Bargaza *aliâs Bargaſſa.* 58 20:37 26
Amyzon 58 15:37 30
Alabanda *Characi dicta.* 58 40:37 40
Stratonice *Stratonicia Straboni.*
59 :37 10
Alinda 59 10.36 50
Mylaſſa 58 :36 30
Adeſſus *aliâs Badeſſus.* 58 :36 15
Hydiſſa 58 30:36 30
Idymus 58 :36 46
Thera 59 :36 15

Pyſtus

Pyſtus 59 :36 36
Phiſcus Straboni, ubi Latonæ lucus, ſub Rhodienſibus erat ante Turcas.

Et gens penes Phrygiam Erizoli Mœoniæ in finibus Myſiæ & Lydiæ atq; Phrygiæ.

Septe 58 10:40 15
Dadales *aliter Daldia.* 58 :40 20
Cadi 58 30:40 26

Phrygiæ magnæ ciuitates *Paria dicitur, & Bebricia.*

Synaus 58 :41 15
Dorylæum *Dorilaum Plinio.* 58 15:41 20
Midaium 59 30:41 20
Tricomia 60 :41 10
Angyra Phrygiæ *Ancyra Plinio. Andira Strab.* 58 20:40 56
Nacolia *Nacolla Strab. regia erat Turcarum ante Conſtantinopolim.* 59 :41 0
Tribanta 59 40:40 36
Dioclia *Decela.* 60 :40 56
Amorium 60 30:40 15
Abroſtolæ 60 30:40 50
Cotiaium 58 40:40 40
Azani 59 :40 20
Conna 59 15:40 30
Lyſias 59 50:40 30
Cercopia 59 26.40 15
Eucarpia 60 :40 6
Prymneſia 60 20:40 40
Docimæum *Docimia.* 60 15:40 30
*Synnada *Synaga prius, Stephano.* 60 50:40 6
Gammauſa *Gambua.* 61 15:40 20
Melitara 61 30:40 20
Iuliópolis 61 50:40 10
Acmonia 59 50:39 20
Euthenia 60 10:39 38
Druzon 60 20:39 56
Tiberiopolis 60 15:39 30
Bleandrus 60 30:39 10
Stectorium *aliter Eſtorium.* 61 :39 15
Silbium 61 40:39 15
Philomelium 62 15:39 15
Peltæ 62 :39 30
Metropolis 61 15:39 26
* Apamia Cibotis *Calenas primo, dein Cibotas Plin.* 61 10:38 56
Hierapolis 60 :38 15
Cibyra 60 10:38 36
Diocęſarea 61 :38 56
Sanis 61 :38 30
Themiſonium 60 10:38 30
Pylacęum 60 20:38 10
Sala 60 15:38 20
Gazena 60 40:38 0

Et populi ſunt apud Lyciam quidem Lycaones & Themiſonij. Iuxta Bithyniam autem Moccadyni, & Cydiſſes. Sub quib. Spelteni. Poſtea Moxiani. Poſtea Phylacenſij. Sub quibus Hierapolitę.

Inſulę uero adiacent Aſię apud Helleſpontum

Tenedos inſula & ciuitas 55 :40 56
Alij Calydnam uocarunt, alij Leucophorin, ut Diodorus: ex Troiano excidio ſatis eſt nota.

In Aegæo autem pelago

Lesbos Aeolica inſula, cuius deſcriptio ſic ſe habet *Macaris cognominata.*

Sigrium promont. 55 :40 0
Pyrra 55 15:39 40
Ereſſus 55 26:39 30
Mania extrema 55 :39 26
*Mytilene *A qua nunc tota inſula Mytilene dicitur.* 55 40:39 20
Argenum promont. 55 40:39 50
Methymna 35 26:40 26
Antiſſa 55 15:40 20

In Icario uero pelago inſulæ hę

Icaria *Macris Doliche dicta. Ichthyoeſſa primo.* 56 45:37 20
* Myndus 57 40:36 26
*Chios ciuitas *Macris, Etalia dicebatur,* 56 20.38 26
Phanęa extrema 56 20:38 15
Poſidium *Pathmos.* 56 26:38 26
Sami inſulę ciuitas 57 :37 36
Cypariſſia, Parthenias, Anthemus poſtea, deinde dicta Melamphylus.
Ampelos extrema 56 10:37 30

In Myrtoo autem pelago inſulę

Arceſine inſula 56 :37 0
Begialis 56 10:36 50
Minyia 55 50:36 50
*Aſtipalęa ciuitas *Vna ex Cycladibus inſulis.* 55 40:36 26

In Rhodiaco autem & Carpathio pelago.

Syme inſula *Syma Straboni.* 56 20:35 40
Ceſi ciuitas *Caſus Plin.* 56 30.35 15
*Co ciuitas *Coos, Coum, Longoum hodie, Aſtyphalea olim.* 57 :36 26
Carpathi inſ. deſcriptio. *Eſcarpãto uulgo.*
Thoantiũ promont. 57 :34 40
Ephialtium promont. 57 40:35 10
Poſidium ciuitas 57 20:35 6

Rhodi inſulæ deſcriptio *Ophiuſa, Telchinis dicta: ſub Turca eſt.*

Panis extrema 58 :35 56
Camirus 58 20:35 15
Lindus 58 40:36 0
Iliſſus 58 20:36 0
Ialyſus cæteris, iuxta quam hodie Rhodus ciuitas, ſola alijs dirutis ſuperſtes.

LYCIAE SITVS.

Cap. III.

Tabula prima Aſiæ.

Briquia hodie, populi Solymi primo, Termilæ poſtea dicti, Turci iam ſunt omnes.

Lycia terminatur ab occaſu & ſeptentrionibus Aſia, iuxta expoſitas lineas.

Ab ortu uero parte Pãphiliæ, quæ à fine eſt Aſiæ uſq; ad mare, p Maſicytũ montẽ. *Climax cæteris dicitur.* Cuius finis, qui ſupra mare eſt gradus habet 61 50:36 30

A meridie autem mari Lycio iuxta littoris deſcriptionem hanc

Poſt Caunum

Calinda *Calymna Strab. Calydna Plinio.* 59 20:35 56
Chydæ 59 36:35 50
Carya *Crya Plinio.* 59 50:35 56
Dædala locus 60 :35 56
Telmeſus *Telmeſſus Strab.* 60 10:35 50
Xanthi flu. oſtia *Sirbis fl. à prioribus dictus.* 60 20:36 0
Fontes fluuij 60 :37 40
*Patara *Patera hodie, Sataros prius.* 60 30:36 0
Antiphellus *Habeſſus primo.* 60 30:36 20
Andriace *Gorante uulgo, Andriaca.* 60 50:36 26
Limyri flu. oſtia *Lorymus Straboni.* 61 :36 20
Apiræ 60 10:36 26
Hiera uel Sacra promontoria *Caput Chelidoniæ.* 61 30:36 15
Olympus ciuitas 61 40:36 20
Phaſelis *Phaſilis Strab.* 61 50:36 20
Et Cragus ſeu Cragas mõs, cuius medium cõtinet gradus 60 :36 40

Ciuitates uero ſunt in Lycia mediterraneæ circa montem Cragantem.

Cydna *Cyane Plinio.* 59 30:37 10
Sembra 59 40:35 50
Octapolis 59 26:36 36
Comba 59 30.36 30
Sidyma *Solyma Straboni* 59 50:36 40
Pinara 59 30:36 6
Araxa 59 50:37 6
Tlo *Tlos legendum.* 60 :36 40
Xanthus 60 15:36 10

Apud montem autem Maſicytũ ciuitates hæ *Maſsycites mons Plinio.*

Corydalla 60 15:36 50
Sagalaſſus 60 40:36 56
Rhodia *Rhodiopolis Plin.* 61 10:36 50
Trebenda *aliter Arendæ.* 61 10:36 15
Phellos 60 36:36 30
Myrra *Myra Plinio & Straboni.* 61 :36 40
Limyra 61 26:36 36

Myliadis

Podalæa *Podalia Plinio.* 60 :37 30
Nyſa 60 :37 15
Choma 60 20:37 20
Condica *Candyba Plin.* 60 40:37 10

Carbaliæ pars

Bubon 60 20:37 40
Oeneanda *Oenoanda Plinio, Oenoandros Straboni.* 61 :37 40
Balbura 60 40:37 30

Inſulæ uero adiacent Lyciæ

Maxima inſula *Megiſta Plinio.* 60 40:35 15
Dolichiſte inſula *Doliche alijs.* 60 45:35 38
Chelidoniæ ſcopuli quinq; *Chelidonias inſulas tres ponit Strabo.* 61 30:36 0

Galatiæ

GALATIÆ SITVS Cap. IIII.

Tabula prima Aſiæ.

Hæc & Gallogræcia à Gallis, Gomoritæ prius dicti à Gomor filio Iaphet, ut refert Ioſephus lib. 1. ad hos ſcripſit Paulus apoſtolus.

GAlatia limites habet, ab occaſu Bithyniam, & partem Aſiæ, iuxta expoſitã lineã. A meridie Pamphiliam, à præfato iuxta Aſiam termino, uſq; ad Parallelum, qui continet gradus 64 15:38 36

Ab ortu uero partẽ Cappadociæ, quæ eſt ab hoc fine uſq; Põtum, iuxta ſitum, qui continet 65 30:43 10

A ſeptentrionibus partẽ Ponti ſecundum deſcriptionem hanc

Poſt Cytorum ciuitatem littoralem

Climax caſtellum 61 10:43 50
* Theuthrania *Tripoli* 61 30:44 0
Carambis extrema *Comana.* 61 20:44 26
Zephyrium 61 30:44 20
Calliſtratia *Caſtellas nũc.* 61 45:44 15
Aboni mœnia *Arcani uulgo.* 62 :44 0
Cimolis *Quinoli uulgo* 62 30:44 0
Armene 62 56:43 56
Stephane uicus *S. Stephanus.* 63 20:43 56
*Sinope *Sinopi hodie, Mithridatis patria & ſepulchrum.* 63 50:44 0
Cyptaſia *Caroſa uulgo.* 64 :43 40
Zaliſci flu. oſtia *Amnias dicitur.* 64 :43 30
Galorũ *Garipo hodie.* 64 15:43 20
Halis flu. oſtia 64 30:43 10
Fluuij conuerſio 64 15:42 15
* Amiſus *Enetia prius Sabell. dicta, Simiſo.* 65 :43 6

Mõtes in Galatia ſũt memoratu digni

Olyſas mons, cuius medium *aliàs Gigas alij oligas. elgaſis* 63 :42 40
Et Didymi orientalia 62 :41 20
Et qui uocatur Celgnorũ tumulus, cuius medium 62 30:39 30

Et quæ ad mare ſunt, tenẽtur ab his qui incolunt Paphlagoniam, *Pylemenia hæc prius dicta Plinio, à Pyle flu. qui eſt Parthenius.*

In quib. ciuitates et uillę mediterraneę

Zagira 61 40:43 40
Plegra 62 30:43 30
Sacora 63 20:43 40
Helua 61 40:43 0
Tobata 62 20:43 0
Germanopolis *Ginapolis, caput prouinciæ Turcarum.* 63 :43 0
Gelacã 63 40:43 15
Xoana 63 15:43 0
Dacaſya 61 40:42 40
Moſium 61 6:42 15
Sacorſa 62 :42 15
Pompeiopolis 62 30:42 15
Conica *Ciniata, Mithridatis caſtellum.* 62 15:42 30
Andrapa, quę & Noua Claudiopolis 63 15:42 20
Sabanis 63 50:42 20
Titua 64 15:42 30
Euſene 64 40:42 40

Intra Paphlagoniam magis occidẽtales ſunt Toliboſti, *Toliſtobogi, Teliſtobogij Straboni.* In quibus ciuitates

* Therma Colonia 61 30:42 0
*Peſſenus *Peßinuntem Dyndymenã & Cybelem uocant, ibi Gordius nodus eſt ab Alexandro reſciſſus.* 61 :41 30
Vindia 61 40:41 40
Anarus 61 30:41 20
Tolaſthachora 61 15:40 56
Veteſtum 62 40:43 0

Poſt quos quaſi ad ortum ſolis Tectoſagæ ſunt, In quibus ciuitates

* Ancyra Metropolis *Mediacus nunc dicitur, teſte Ra. Volaterrano.* 62 40:42 0
Olenus 62 15:42 0
Corbeuntus 62 40:41 40
Agrizama 62 :41 30
Vinzela 62 30:41 20
Oroſologia 63 :41 26
Sarmalia 63 20:41 6
Dictis 62 40:40 50
Carima 63 :40 40
Landoſia 63 40:40 15

Iis etiam magis orientales ſunt Troemi, In quibus ciuitates

Tanium *Taniam, alij Tabiam uocant.* 63 36:41 40

Laſcoria 63 15:42 0
Androſia 64 18:42 0
Claudiopolis *Adrape aliâs dicta.*
63 50:42 0
Cariſſa 64 40:41 40
Phubatena 64 10:41 30
Duduſa 63 50:41 20
Saralos 64 20:41 20
Vcena 64 10:40 56
Raſtia 64 30:41 0

Sub pręfatis gentibus habitant Proſet liminitæ ipſis cõiuncti. Sub iſtis Byceni, & pars Lycaoniæ. In quibus ciuitates

Penteneſſus 62 15:40 30
Ecdaumana 63 20:40 26
Siuara 64 15:40 26
Ardiſtama 64 :40 01
Cinna 63 20:40 0
Conguſtus 62 40:39 50
Tetradium 63 :39 30
Laodicia combuſta 62 40:39 40
Vaſada 64 :39 26
Perta 64 20:39 30

Poſtea ſub ijs ab occidẽtali plaga pars eſt Piſidiæ, & ciuitates

Apollonia 62 :39 0
*Antiochia Piſidiæ 62 30:39 15
Amblada 61 50:38 56
Neapolis 62 50:39 15

Ab ortu uero ſolis ab Iſauria,
Et ciuitates

Sauatra 64 20:39 15
Lyſtra 64 :39 0
*Iſaura 63 50:38 40

In medio autem Orondici gens,
& ciuitates

Miſthium 63 :39 15
Pappa 63 20:38 56

PAMPHYLIAE SITVS. Cap. V.

Tabula prima Aſiæ.

PAmphylia *Mopſopia cognominata*, terminatur ab occaſu Lycia & parte Aſiæ iuxta expoſitãm lineam. A ſeptentrionibus uero Galatia iuxta dictum Galatiæ latus. Ab oriente Cilicia et parte Cappadociæ iuxta lineam, quæ eſt à fine uerſus Galatiam, uſq; ad Pamphylium pelagus, cuius finis ad mare continet gradus 63 50:36 40

A meridie uero ipſo Pamphyliæ pelago, iuxta deſcriptionem hanc

Poſt Phaſelidem ciuitatem Lyciæ littorales Pamphyliæ

Olbia 62 :36 36
Attalia *Satalia regia.* 62 15:36 30
Cataracti flu. oſtia *Cataractes.*
62 30:36 36
Magydis 62 40:36 50
Ceſtri flu. oſtia *Oeſtros dicitur Pomp. Mele.*
62 50:36 30
Eurymedontis flu. oſtia
63 :36 56
*Side *Sida.* 63 20:36 20

Ciliciæ aſperæ ciuitates littorales

Coracenſium *Coracesſium Straboni.*
63 36:36 40
Syſdra 63 50:36 45

Ciuitates autem ſunt in prouincia mediterraneæ, Phrygiæ quidem Pſidiæ *Sauria nunc dicitur Turcarum prouincia, cuius caput Seleucia, quæ eis dicitur Scandalor.*

*Seleucia Piſidiæ 62 :38 30
*Antiochia *Cæſarea Plinio.*
62 30:38 30
Antiquum Beudos 61 30:38 30
Baris 61 50:38 26
Conane 61 50:38 6
Lyſinia 61 15:38 15
Cormaſa 61 10:37 56

Carbaliæ autem

Cretopolis 61 15:37 30
Pogla 61 40:37 40
Menedemium 61 20:37 30
Vranopolis 61 40:37 20
Piſinda 61 40:37 10
Ariaſſus 62 6:37 12
Corbaſa 62 20:37 6
Milyas 62 30:37 26
*Termeſſus 62 10:37 15

Pamphyliæ uero mediterraneæ ciuitates

*Perge *Perga Plinio, & Straboni.*
62 15:36 56
Siluum 62 26:36 50

Aſpenſus

* Aſpendus *Aſpendii.* 62 15:36 30

Piſidiæ autem

Proſtama 62 15:38 20
Adada *Adadata Strab.* 62 56:38 15
Olbaſa 62 40:38 0
Dyrzela 63 10:38 20
Orbanaſſa 63 20:38 0
Talbonda 63 45:38 0
Cremna Colonia 63 :37 50
Commacum 62 50:37 40
Pleteneſſus *Petneliſſus Strab. Plantaniſtum Plinio.* 63 30:37 50
Vnzela 63 15:37 30
Selge *Selga Strab.* 63 :37 20

Ciliciæ Trachiæ ſiue aſperæ mediterraneæ

Laërte 63 40:37 26
Caſſæ 63 50:37 36
Lyrbe 63 15:37 6
Colobraſſus 63 20:37 10
Cebyra 64 :37 45

Inſulæ autem adiacent Pamphyliæ

Crambuſa inſula 62 30:36 50
Apelbuſa inſula *Attelebuſa Plinio.* 63 15:35 50

CAPPADOCIAE SITVS. Cap. VI.

Tabula prima Aſiæ.

Leucoſyris olim Euſtathio, quam à Cappadoce amne Plinius dicit Cappadociam.

CAppadocia terminatur ab occaſu Galatia, & parte Pāphyliæ iuxta expoſitam lineam à Ponto uſq; finē, cuius ſitus continet gradus 64 :37 40
A meridie Cilicia, iuxta lineā, quæ inde per Taurum uſq; ad Amanū montem producitur uſq; finem, cuius ſitus 70 :37 30
Præterea parte Syriæ, quæ inde eſt per Amanum montem ad Euphratis partem, quæ continet gradus 71 40:38 0
Ab oriente Armenia magna iuxta Euphraten quidem, à præfata parte Amani montis uſq; ad conuerſionem eius, quę maxime ſeptentrionalis, ad ortum tēdit, cuius grad. ſunt 71 :42 30
Poſt hæc linea, quæ eſt iuxta montes Moſchicos uſque finem, cuius poſitio habet 72 30:44 45
A ſeptentrionibus parte ponti Euxini, quæ ab Amiſo Galatiæ protenditur uſq; ad dictum finem 72 20:44 45
Littus igitur partis huius habet deſcriptionem hanc

Leucoſyrorum cubitus *Lirus hodie.* 65 40:43 20
Iris flu. oſtia *Lycus alter flu. cum influens Plinio dicitur & Strab.* 66 :43 0
Prima flu. flexio 67 15:41 20
Secunda flu. flexio 66 :41 20
Fontes fluuij 68 :41 0

Ponti Galatici circa Phanagotiam campum

* Themiſcyra *Fadida uulgo; A qua Themiſcyra prouincia Strab. Sed Pomp. Mela Themiſcyrum appellat* 66 20:43 6
Herculis promont. 66 50:43 20

Ponti Polemoniaci

Thermodontis flu. oſtia 67 :43 15
Fontes fluuij 68 30:42 30
Polemonium *Leona uulgo.* 67 15:43 6
Iaſonium promontorium *S. Thomas.* 67 30:43 15
Cyteorum *Cotyorum Plinio, Cecino hodie.* 67 36:43 6
Hermonaſſa *Siriſonda uulgo.* 68 :43 15

Ponti Cappadocij iuxta Sydonem *Sidena alijs.*

Iſchopolis *Tripolli uulgo.* 68 20:43 20
Ceraſus *Zefano.* 68 50:43 20
Pharnacia *Pharnace Plinio, Platena.* 69 10:43 6
Hyſſi portus 70 30:43 20
* Trapezus *Trapezuntis, Trapezonda, Metropolis prouinciæ Turcarum, quæ dicitur Genech, ſiue Ieneeb, Haithonus cap. 13.* 70 45:43 6

Iuxta autem Ciſſios

Pitiuſa *Fionda uulgo, aliter opius.* 71 :43 26
Rhizus por. *Riſſo uulgo.* 71 10:43 36

Athenarum promontorium 72 :43 45
Chordule, *aliâs Chorduba.* 71 20:43 45
Morthula 72 40:43 50
Archadis flu. oſtia 72 56:44 0
Xyline *Sentina uulgo.* 72 6:44 10
Ciſſæ fl. oſt. *Quiſa uulgo.* 72 10:44 20
Apſorrus *Arcani hodie.* 72 20:44 15
Apſori flu. oſtia *Abſarus Plinio.* 72 20:44 40
Vbi ſcinditur in Glaucum amnem, & in Lycum 72 30:43 45
Fontes Apſori flu. 72 45:43 0
Sebaſtopolis *S. Gregorius.* 72 20:44 45

Montes autem memoratu digni Cappadociam cingunt Argeus mons, *Artagum putat Boccatius.* Cuius fines continent gradus 65 20:40 30 & 66: 39 40

Vnde fluuius Melas appellatus fluens Euphrati immiſcetur iuxta gradus 72 :39 20

Meleten uocant Ruffus, per quem Rom. duces in Meſopotamiam nauigabant.

Et Antitaurus mons, tranſiens à monte Tauro, uſq; Euphraten fluuiũ in interuallo, cuius media pars ad Taurum montem terminum habet 65 30:38 30 & 67 15:39 15

Finis autem apud Euphraten flu. gradus & ipſe habet 67 30:39 20: & 72 30:42 15

Et Scordiſcus mons, cuius fines continent gradus 68:41 & 69:42 30

In Cappadocia uero ciuitates ſunt mediterraneæ & uicus poſt Leucoſyros, qui in cõfinibus Galatiæ ſunt.

Ponti Galatici mediterraneæ.

Boenaſſa 65 30:42 45
Sebaſtopolis alia *Cabira, Diopolis, Auguſta.* 66 :42 20
Tebenda 66 40:42 10
*Amaſia *Amaſcia, Strabonis patria* 65 30:42 0
Chologi 66 :42 0
Etonia 65 :41 50
Piala 65 45:41 40
Pleuramis 65 15:42 20
Pida 66 40:41 45
Sermuſa 66 20:41 21
*Comana Pontica 67 :41 30
Eudoxiana 68 30:40 15

Ponti Polemoniaci mediterraneæ.

Gozalina 66 30:42 40
Eudiphus 67 20:42 10
Caruanis 67 40:42 10
Barbaniſſa 68 :42 20
Ablata 68 20:42 0
*Neocæſarea 67 20:41 50
Saurania 68 :41 15
Megaluda 67 40:41 40
Zela *Zelitica regio à Pompeio dilatata & Megalopolis nominata.* 67 30:41 20
Danati 68 :41 0
*Sebaſtia 68 :40 40
Meſorome 68 30:41 45
Sabalia 68 20:41 40
Megaloſſus 68 10:41 10

Ponti Cappadocij mediterraneæ.

Chriſtiani erant & Marcionem hereticum habuerunt, ſed iam à Turcis cum Trapezunti imperio ſunt debellati.

Zephyrium 68 20:40 20
Aza 69 :42 30
Cocalia 69 30:42 45
Cordyle 70 :43 0
Trapezuſæ 70 30:43 6
Aſiba 71 20:43 15
Mardara 71 30:43 40
Camureſarbum 72 :43 30

Præturę uel prefecturæ Chamanneſis.

Zama 65 :40 36
Andraca 65 :40 50
Gadaſena 65 45:40 36
Vadata 65 20:40 0
Saruena 65 40:40 20
Odoga 66 :40 20

Præfecturæ Sargauraſenæ.

Phiara 67 :41 0
Sadagena 66 20:40 45
Gauræna 67 :40 30
Sabalaſſus 68 30:40 26
Ariarathira 67 20:40 45
Maroga 67 30:40 30

Præfecturæ Gardaucretæ.

Phreata uel putei 65 :40 0
Archelais 64 45:39 40
Naneſſus 65 30:39 45

*Diocæſarca

Diocæſarea *Cabira Straboni prius dicta*	65	30:39	10
Salambriæ, quæ & Sarabraēa	65	15:39	20
Tetrapyrgia	66	:39	20

Præfecturæ Ciliciæ

Muſtilia	66	15:40	10
Sina	66	30:40	16
Campæ	66	15.39	45
* Maza, quæ & Cæſarea *Mazaca Straboni, Euſebio magna Cæſarea, ubi præſules Baſilius & Gregorius Nazianzenus, Ruffo dicta Megara.*	66	30:39	30
Cyziſtra	67	:39	20
Ebagena	67	10:40	15
Archallæ	67	30:40	
Sobara	67	10:39	40

Lycaoniæ

Adopiſſus	64	40:39	15
Canna	64	45:39	0
* Iconium *Cogni hodie, ait Sabellicus, Caramanorũ principum regia.*	64	30:38	45
Paralais	64	45:38	30
Corna	65	:38	6
Casbia	65	10.38	45
Baratha	65	30:38	30

Antiochianæ

Derbe	64	20:38	15
*Laranda	64	45:38	6
Olbaſſa	65	20:38	10
Musbanda	64	45:37	50

Præfecturæ Tyanidis

Dratæ	65	10:39	0
*Tyana	66	:38	56
Bazis	66	15:38	56
Siala	66	30:38	56

ARMENIAE MINORIS ſitus. Cap. VII.

Tabula prima Aſiæ.

Leucoſyriam appellatã ait Procopius, Chriſtiani ſunt, ſed diſsident à Romana eccleſia. habent ſuum papam, quem uocant Catholicum.

ARmeniç minoris ſitus, cuius pars maxima Septentrionalis uocat̃ Orbaliſſina, & quæ ſub ipſa Aetulana. Poſtea Aerethica & ſub hac Horſena. Et pars maxime auſtralis poſt Horſenem Orbiſene. Ciuitates uero iuxta Euphratẽ hę ſunt

Sinibra	71	:42	30
Aziris	71	:42	0
Ladana	71	:42	40
Siſmara *(aliàs Iſmara)*	71	30:41	26
Zimara	71	30:40	40
Daſcuta	71	:40	26

Interius autem & iuxta montana.

*Satala	69	30:42	10
Domana	70	:42	6
Tapura	70	30:42	10
* Nicopolis	69	:41	40
Chorſabia	69	40:41	45
Charax	70	30:41	45
Dagona	68	40:41	20
Selecoberia	69	30:41	0
Calciorıſſa	69	50:41	15
Analibla	70	20:41	20
Peſingara	68	30:40	56
Godaſa	69	:40	45
Eudixata	68	15:40	26
Carape	70	20:40	0
Maſora	70	30:40	40
Oromandus	69	40:40	20
Iſpa	70	30:40	20
Phuphena	69	:40	15
Arane	69	45:40	10
Phuphatena	68	40:39	50
Mardara	69	6:39	40
Varſapa	67	50:39	30
Horſa	68	30:39	20

Melitenes iuxta Euphraten fluuium.

Medena Ruffo, inde & Monoraticum uinum.

Daguſa	71	:40	6
Sinis Colonia	71	:39	45
* Melitene	71	:39	30

Intra autem has.

Zopariſtus	70	:40	0
Titariſſus	69	45:39	45
Ciattica	69	20:39	30
Phuſipara	70	30:39	40
Euſimara	70	10.39	30
Iaſſus	69	:39	30
Ciacis	69	30:39	15
Leugaſa	70	15:39	10
Carmala *(aliàs Marcala)*	70	40:39	20
Semiſus	70	30:39	0
Laleneris	69	30:38	30

Præfecturæ Cataoniæ *Hanc præfecturã Cappadociæ adſcribit Strabo.*

Cabaſſus 67 15:38 36
Tynna 66 50:38 30
Tirallis 67 :38 20
Cybiſtra 66 :38 15
Claudiopolis 65 40:37 50
Daliſandus 66 20:37 50
Padyandus *aliâs Polyandos.*
67 :38 d
*Comana Cappadociæ
68 :38 0
Mopſi fons 67 20:37 30
Tanadaris 68 20:37 45
Leandis 68 40:37 40

Præfecturæ Muriannæ

Sindita 67 30:39 10
Chotæna 68 15:39 10
Zoropaſſus 69 40:39 0
Nyſſa 68 20:38 40
Araſaxa 67 30:38 30
Carnalis 68 45:38 30
Garnace *Gorneas caſtellum munitum, Corn. Tacitus lib. 12.* 68 30:38 30

Præfecturæ Lauianæ penes Euphraten flu.

Corne 71 :39 15
Metita 71 :39 0
Claudia 71 :38 45

Interius uero ſunt

Caparcelis 70 30:39 0
Sizoatra 70 :38 45
Paſarne 70 30:38 30
Cizara *Cirra dicitur Sexto Ruffo.*
69 20:38 30
Sabagina 68 50:38 10
Noſalene 69 50:38 20
Lauſtaſa *aliter Langaſa.*
69 20:37 50

Præfecturę Arauenę iuxta Euphraten quidem fluuium

Iuliopolis 71 :38 26
Barzalo 71 :38 10

Interius uero his

Seraſtere 70 40:38 15
Lacriaſſus 70 15:38 10
Entelia 70 :37 45
Adattha 69 30:37 30

CILICIAE SITVS. Cap. VIII.

Tabula prima Aſiæ.

Armeniam hodie uocari tradit Haithonus cap. 14. ſub proprio fuit principe Caramano Turca, & aliorum Turcarum inimico. Cilicia, Solinus inquit, antea uſq; ad Peluſium Aegypti pertinebat, Lydijs, Medis, Armenijs, Pamphylia, Cappadocia ſub imperio Cilicum conſtitutis.

Cilicia terminatur ab occaſu, parte Pamphylię expóſita, Ab oriente iuxta Amanum mõtẽ, à fine, qui eſt ad Cappadociam, qui uſq; ad Iſſicum ſinũ extenditur, & uſq; Pylas Amanicas, cuius finis ſitus continet gradus
69 30:36 20
Á ſeptentrionibus aũt parte expóſita Cappadociæ, iuxta Taurum montem. A meridie anguſtijs Cilicię, et Iſſico ſinu iuxta deſcriptionẽ ſic ſe habentẽ. Poſt Syſdram ciuitatem Pamphylię in littore, quod ſequitur.

Lelentidis Thrachiæ, hoc eſt, aſperę regionis. *Duplex Cilicia, Trachea hæc, reliqua campeſtris.*

Iotape 64 :36 45
Selenus *Selinus flu. Strabo.*
64 20:36 45
Antiochia ſup Trago 64 40:36 50
Nephelis 64 50:36 36

Cetidis

Anemurium 65 30:36 50
Orymagdi flu. oſtia 65 20:36 45
Arſinoe 65 30:36 50
Colenderis *Celendris Strab.*
65 45:36 50
Aphrodiſia uel Venerea
66 :36 50
Sarpedorum extrema *Sarpedon promont. Strabo* 66 10:36 45
Calycadni flu. oſtia 66 20:36 50
Zephyriũ promont. 66 20:36 20

Proprie Ciliciæ, *Campeſtris Cilicia*

*Corycus *Curch uulgo, Corycum promontorium Strab.* 66 30:36 50
Sebaſte uel Auguſta 66 45:36 45
Lami fl. oſt. *Lamus Stra.* 67 :36 45
*Pompeiopolis, quæ & Sole *Soloë Pomponio,*

Pomponio, Soli Straboni.	67	15:46	40
Cydni flu.oſtia	67	45:36	40
Fontes fluuij	66	:38	30
Sari flu.oſtia *Cæranum prius.*	68	:36	30
Pyrami flu.oſtia	68	15.36	30
Pyrami fontes	68	30.38	0
*Mallus *Malo uulgo.*	68	30:36	50
Setræpolis oppidum *Caſsiopolis Plinio.*	68	45:36	30
Aegæ *Aegeæ Straboni.*	69	:36	30
Iſſus *Iaiaſſa hodie.*	69	20:36	26

Mediterraneę uero ciuitates in Cilicia ſunt, Aſperæ quidem Lelentidis

Cayſtrus	64	45:37	20
Domitiopolis	65	26:37	6
Philadelphia	66	:37	26
*Seleucia aſpera *Trachiotis cognominata Plinio.*	66	10.36	56
Diocæſarea	66	10:37	10
Citidis autem			
Olbaſa *Olbus Straboni.*	64	30:37	30
Labaſſidis uero			
Ninica	65	30:37	30
Characine			
Flauiopolis	66	20:37	30
Lamotidis			
Lamus	67	:37	0
Lacanitidis			
Irinopolis	67	50:37	20
Bryclices			
Auguſta	68	30:37	50

Propriæ Ciliciæ mediterraneæ

* Tarſos *Teraſſa uulgo, Pauli Apoſtoli patria.*	67	40:36	50
* Adana *Adena uulgo.*	68	55:36	45
* Cæſarea penes Anazarbum *Cæſarea auguſta Plinio, quæ prius Anazarba.*	68	30:37	0
Mopſieſtia uel lares	68	50:36	45
Caſtabala	69	:37	0
Nicopolis	69	30:37	55
Epiphania *Eniandos prius Plinio.*	69	30:36	40
Et Amanicæ pylæ	69	30:36	20

SARMATIAE ASIATICAE *ſitus.* Cap. IX.

Tabula ſecunda Aſiæ.

Cumania hodie unus Tartarorū Principatus, Hunnos etiam hoc loci Procopius & Agathius deſcribunt, à quibus Vngaria. Autores cum de Scythis loquuntur, iſtos intelligunt, nam de illis quos ad Imaum Ptolemæus Scythas uocat, raro noſtri meminerunt, quos omnes Iornandes Gothos ſiue Getas facit.

SArmatia quæ in Aſia eſt, terminatur à ſeptentrionibus terra incognita. Ab occaſu Sarmatia quæ in Europa eſt, uſq; ad fontes Tanais flu. & ab ipſo Tanai fl. uſq; ad eius oſtia in Mæotim paludē & Męotidis paludis oriētali parte, quę à Tanai eſt uſq; Cimmerium Boſphorum. Cuius partis ſitus hic eſt, Poſt Tanais fluuij oſtia.

Paniardis	67	20:53	20
Marubij flu.oſtia	68	:53	0
Patarue *Tocari uulgo.*	68	:52	30
Rhombiti magni flu.oſtia *Rhombites. Strabo.*	68	30:52	0
Theophanij flu.oſtia	68	30:51	40
Azara ciuitas	68	30:51	20
Rhōbiti parui flu.oſtia	69	:50	30
Azabiteſmitra *aliter Azabeliſtena.*	68	:50	0
* Tyrambe *Trapano hodie.*	69	40:49	50
Atticiti fl.oſtia *Latiti hodie, Anticeita Strab.*	70	:49	20
Geruſa ciuitates *S. Georgius.*	70	:49	0
Pſathis flu.oſtia	69	:48	45
Mapeta *Copa hodie.*	69	:48	30
Vardani flu.oſtia	68	:48	20
Cimmeriū promont.	66	30:48	30
Apathurgus *Apaturos Plinio, Apaturum Veneris fanum Straboni.*	66	20:48	15
Achilleum apud os	64	30:48	15
Et in Boſphoro Cimmerico			
*Phanagoria	64	30:47	50
Corocondame	64	55:47	30

A Meridie autē parte, quæ hinc eſt Euxini ponti, uſq; ad Coracem fluuiū, & ab hinc

ab hinc æquidiſtāti linea Colchidis & Iberiæ ac Albaniæ uſq; ad latus Hyrcani maris, quod & Caſpium uocatur, Cuius lateris deſcriptio ſic ſe habet, Poſt Corocondamen ponti ciuitatem rurſus

*Hermonaſſa *Madaque hodie.* 65 :47 30
Syndicus portus *Sindiacus Strabo.* 65 30:47 50
Synda oppidum *Sindica Plinio.* 66 :48 0
Bata portus 66 30:47 40
Bata oppidum *Mati hodie.* 66 20:47 30
Pſychri flu. oſtia 66 40:47 30
Achæa uic. *Locho uulgo.* 67 :47 30
Cerceticus ſinus 67 30:47 20
Tazos 68 :47 30
Toretice extrema 68 :47 0
Ampſalis ciuitas *Albaſequida hodie:* 68 30:47 15
Burcæ flu. oſtia 69 :47 15
* Oenanthia *S. Sophia.* 69 40:47 15
Theſſyris flu. oſtia 69 40:47 0
Fortia mœnia 70 :46 50
Coracis flu. oſtia 70 30:47 0

Finis, qui hinc eſt ad Colchidis latus 75 :47 30

Reliquum, quod deinde eſt uſq; ad terminum Iberiæ, in quo & Sarmaticæ pylæ 77 :47 0

Quod deinde eſt ad Albaniam uſq; finem Hyrcani pelagi, in quo Soane flu. oſtia 86 :47 0

Ab oriente autem inde parte Hircani maris, in qua poſt Soane fl. oſtia, Cuius ſitus dictus eſt 86 :47 0

Alontæ flu. oſtia 86 30:47 40
Vdonis flu. oſtia 87 :48 20
*Rha flu. oſtia *Volga, Volha, à Tartaris Edel nūcupatus, non ex Hyperboreis, ſed ex Moſcouiæ planis & paludibus oriens, affirmante Mathia de Michou, & Paulo Iouio.* 87 30:48 50

Et Scythia iuxta Rha fluuium uſq; ad flexionem, cuius ſitus continet gradus 85 :54 0

Et hinc iuxta meridianū uſq; ad incognitam terram. Eſt & alia Rha fluuij flexio, quæ appropinquat flexioni Tanais fluuij, Cuius ſitus cōtinet gradus 74 :56 0

Supra quam admiſcentur duo amnes à montibus Hyperboreis fluentes, Eius cōmixtionis gradus ſunt 79 :58 30

Fontes uero alterius amnis magis occidentales gradus habent 70 :61 0

Alterius uero magis orientalis 90 :61 0

Segregant & alij montes Sarmatiam, & qui nominant Hippici et Ceraunij. Et Corax mōs, in quo fines illi ſunt, q per montes Colchidis & Iberię producūtur, uocanturq; Caucaſij, ipſorumq; flexio ſuper Hyrcaniā eſt quæ & ipſa Caucaſus uocatur.

Hippicorum igitur montium promontoria gradus habent 74:54 & 81:52
Cerauniorum uero 81 30:49 & 84:52
Coracis autem 69:48 & 75:48
Caucaſi uero 75:47 & 85:48
Habent autem et Alexandri columnę gradus 80 :51 30
Pylæ uero Sarmaticæ 81 :48 30
Albaniæ autem pylæ 80 :47 0

Abgazari & Abgazeli populi has Caucaſi partes incolunt.

Colunt autem Sarmatiam in climatibus iuxta terram incognitam Hyperborei Sarmatæ. Sub ijs Baſilici, hoc eſt Regij Sarmatæ. Et Modocæ gens. *Moſcouitas, Albam Ruſsiam, hoc eſſe cenſet Paulus Iouius, à Moſco amne, à quo & Moſca eorum regia: in Aſiā extenditur, licet Europæ ſit: & Chriſtiani ſunt, Græcis tamen plus adhærentes, quàm eccleſiæ Romanæ.* Et Hippophagi Sarmatæ. Et ſub ijs etiam Zacatæ. Et Suardeni. Et Aſæi. Poſtea iuxta quidem flexionem Septentrionalem Tanais fluuij Perierbidi ſunt gens magna. Et iuxta auſtralem Iaxamatæ gens

Ciuitates uero

Exopolis 72 :55 20
* Tanais *Tana uulgo.* 67 :54 20
*Nauaris 70 :55 0

A Suardenis autem Chænides. Et ab ortu Rha fluuij Phthirophagi. Et Ma-

terá

terſ. Et Neſiotis regio. Poſtea ſub Iaxamatis Siraceni. Inter aūt Męotim paludem & Hippicos montes poſt Siracenos Pſeſſij. Poſt Themeotæ. *Mæotæ cæteris dicti unde Mæotides paludes.* Sub quibus Tyrambæ. Poſt Aſturicani. Poſtea uſq; Coracem montem Arichi, Et Zinchi. Supra autem prædictos Coraces montes Conapſeni, Et Metibi, Et Agoritæ. Inter uero Rha fl. & Hippicos montes ſub Siracenis eſt Mithridatis regio. Sub qua Melanchlæni. Poſt Sapothrenæ. Sub quibus Scymnitę. Poſt Amazones. Et inter Hippicos montes & Ceraunios Surani, & Sacani. Inter autem Ceraunios montes & Rha flu. Oringi, & Vali, et Serbi. Et inter Caucaſum mōtē & Ceraunios Tuſci, *Turci legendum quibuſdam placet, unde Turcarum origo. Plinius Turcas hic nominat.* & Diduri. Et iuxta mare Caſpium Vlæ, & Olondæ, & Iſonde, & Gerri. Sub dorſis autē mōtium Boſphorani quidem ſupra utranq; Cimmerij Boſphori partem. Iuxta autem pontū Achęi, & Cercitæ, & Heniochi, ac Suanocolchi. Supra autem Albaniam Sanarę i.

Ciuitates uero nominantur, & oppida iuxta quidem minorem Rhombitem

Azaraba	70	:50	30
Iuxta autem Pſathin fluuium			
Auchis	72	40:49	40
Iuxta autem Vardanum fluuium			
Scopelus	68	:48	0
Suruba	72	:48	20
Coruſia	73	40:48	30
Ebriapa	75	20:48	30
Seraca	77	:48	40
Et iuxta Burcum fluuium			
Cueunda	70	:47	45
Iuxta autem Theſſarum amnem			
Batrache	71	:47	30
Iuxta autem Coracem fluuium			
Naana	73	30:47	45
In montium autem dorſis ciuitates			
Abunis	73	:48	0
Naſunia	74	:48	0
Almia	75	:48	0

COLCHIDIS SITVS. Cap. X.

Tabula tertia Aſię.

Comania Tartarorum hodie Colchin Iberiā & Albaniam continet. Colchi dicūtur hodie Lazi, Agathius lib. 2.

COlchis terminatur à ſepteſ trionibus parte Sarmatiæ. Ab occaſu Pōti Euxini parte ea, quæ extenditur à Corace amne uſq; interiorem ſinum iuxta Phaſim flu. ſecundū deſcriptionē hāc.

* Dioſcuria, que & Sebaſtopolis *Totius Euxini ſinū obtinet, & extrema nauigatio dicitur, Strab. uulgo Sebaſtropori.*

	71	10:46	45
Hippi flu. oſtia	71	:46	30
Cyanei flu oſtia *Cicabo.*	71	30:46	15
Siganeum *Garbendia.*	71	30:45	30
Neapolis *Negapotimo hodie.*			
	71	30:45	40
Aeapolis *aliter Geapolis, Aea, unde Circe dicta Aeea.*	72	:45	30
Chariſti flu. oſtia	72	:45	15
Phaſis fl. oſtia *Boas prope fontes dicitur Procopio. Hinc phaſides aues epulę precioſiſſimæ Iornandi.*	7	30:45	0
*Phaſis ciuitas *Poliſtonia hodie.*			
	72	30:44	45

A meridie terminat hinc ſinu Cappadocio iuxta expoſitā lineā, & reliquū parte maioris Armenię p ipſam lineā uſq; finē, cuius ſitus 74 :44 40

Ab oriente uero Iberia iuxta lineā coniungentem fines expoſitos per Caucaſios montes 75 :47 30

Tenēt aūt maritima Colchidis Zalæ. *Lazos populos Procopius appellat, de quib. multa in bello Perſico inter Coſroēm & Iuſtinianum.* Superiora uero Manrali, & qui iuxta Ecreticem regionem ſunt

Mediterraneę uero ciuitates & oppida hæc ineſſe dicuntur

Mechleſſus	74	30:46	45
Madia	74	15:46	15
Sarace	73	:45	0
Surium	73	20:44	40
Zadris	74	:44	40

Zanorū hodie populos hoc loci cōmemorāt Proc. & Agathius

Iberiæ

IBERIAE SITVS
Cap. XI.

Tabula tertia Aſię.

Georgiani has regiones incolunt, Chriſtiani quidē ſed ſchiſmatici, quorum ad ſe legationem refert Pius ſecundus.

IBeria terminatur à ſeptentriōibus parte Sarmatiæ expoſita.
Ab occaſu Colchide iuxta dictam lineam.
A meridie parte maioris Armenię, ſub limite, iuxta Colchidē, uſq; ad finem. Cuius ſitus continet gradus

76 :44 40

Ab oriente aūt Albania iuxta lineam dictos fines coniungentem uſq;

77 :47 0

Sunt aūt in ea ciuitates & oppida hæc

Lubium oppidum	75	40:46	50
Aginna	75	:46	30
Vaſæda	76	:46	20
Varica	75	20:46	0
Sura	75	:45	20
*Artaniſſa	75	40:46	0
Meſtleta	74	40:45	0
Zaliſſa	76	:44	40
* Armactica *Harmaſtis Plinio.*	75	:44	45

ALBANIAE SITVS.
Cap. XII.

Tabula tertia Aſiæ.

Sub Perſis Macedonibus & Romanis uiciſſim fuerunt, nunc ſub Magno Cham Tartarorum. Horum canes omnium animalium feritatem ſuperant.

ALbania terminatur à ſeptētrionib. expoſita parte Sarmatiæ.
Ab occaſu Iberia, iuxta lineam annotatam.
A meridie parte maioris Armenię, quę eſt iuxta Iberię finem uſq; Hircanum mare, ſecundū Cyri flu. oſtia, quæ gradus habent 79 40:44 30

Corus Strab. dictus. Cydnus Plutar. Cirtus Sabel.

Ab ortu ſolis parte, quæ hinc extenditur uſque ad Soanam fluuium Hircani maris iuxta deſcriptionem hanc. Poſt Soanæ flu. oſtia, quæ gradus habent

86 :47 0

Teleba ciuitas	85	:46	50
Gerri flu. oſtia	84	30:46	30
Gelda ciuitas	85	:46	10
Cæſij flu. oſtia *Caſpios Plinio.*	82	30:46	40
*Albana ciuitas	81	40:45	50
Albani flu. oſtia	80	30:45	30
* Getara ciuitas *Gangara.*	79	30:45	0

Poſt quam Cyri flu. oſtia

79 40:44 30

Ciuitates autem in Albania ſunt & oppida, inter Iberiam quidem, & fluuium à Caucaſo in Cyrum influentem, qui per totam Iberiam & Albaniam fluit, dirimens ab ipſis Armeniam.

Tagoda	77	30:46	50
Banchia	77	:46	30
Sanua	77	40:46	40
Diglane	77	20:45	45
Niga	77	20:45	15

Inter autem præfatum fluuium & Albanum amnem, qui & ipſe à Caucaſo fluit.

Moſega	79	:46	56
Samunis	79	:46	40
Iobula	78	:46	20
Iuna	79	:46	0
Embolæa	78	30:45	40
Adiabla	79	:45	30
Abliana	78	45	15
Mamechia	79	45:45	40
Oſica	77	30:44	45
Sioda	78	15:44	40
Baruca	79	20:44	40

Tenent autem Albaniæ portæ gradus ut dictum eſt 80 :47 0

Inter autem Albanum & Cæſium flu.

* Chabala *Cabalaca Plinio, inſignior Albaniæ ciuitas*	80	:46	45
Chobata	80	30:46	45
Boziata	80	46	20
Miſia	81	46	20
Chadacha	81	:46	0
Alamus	82	:46	15

Inter autem Cæſium & Gerrū amnem

Thiauna	82	15:46	40

Thabiſlaca 82 45:46 50
Inter Gerrum autem & Soanam flu.
Thilbis 84 15:46 50
Inſulæ autem adiacent Albaniæ duæ. Paluſtres. Quartũ medium gradus habet 87 30:45 0

ARMENIAE MAIORIS *ſitus.:* Cap. XIII.

Tabula tertia Aſiæ.

Turcarum imperio ſubeſt, ſicut & minor Armenia.

ARmenia maior terminat̃ à ſeptẽtrionib. parte Colchidis, & Iberiæ, & Albaniç, iuxta expoſitã p̃ Cyrum fluuiũ lineã. Ab occaſu parte Cappadociæ, ſecundũ expoſitam ponti Cappadocũ uſq; Colchidẽ per Moſchicos montes lineam. Et portione Euphratis, quæ eſt inter Moſchicos montes & Taurum.

Ab oriente aũt parte Hyrcani maris, quæ eſt ab oſtijs Cyri amnis, uſq; ad finem, cuius gradus 79 45:43 20
Inter quam & Cyri amnis oſtia Araxi fluminis oſtia 79 45:43 50
Præterea Media, iuxta lineã, quæ hinc protenditur ad montem Caſpium, ac etiam ultra montem. Cuius fines gra: habent 79:42 30 & 80 30:40
A meridie Meſopotamia, iuxta Tauri montis lineam quæ quidem Euphrati fluuio iungitur iuxta gradus 71 30:38 0
Tigridi autẽ amni iuxta ſitum gradus habentem 75 30:38 30
Præterea Aſſyria iuxtam lineã per Niphatem montem egredientem ad directum antedictæ uſq; præfatum finẽ Caſpij montis, per quam lineam Niphates mons extenditur.
Montes autem Armeniæ nominantur ij, qui Moſchici appellantur, qui protenduntur, uſq; ad ſupraiacentem partem Ponti Cappadocũ. Et mons, qui Paryarges dicitur, *Pariedri montes Plinio.* Cuius fines continent gradus 75:43 20 & 77:42

Et Vdaceſpes mons, cuius mediũ gradus habet 80 30:40 0
Et Antitauri pars, quæ eſt intra Euphratem cuius medium 72 :41 40
Et qui uocatur Abos montes, cuius medium habet 77 :41 0
Et Gordęi montes, quorum medium continet 75 :39 40
Hi ſunt Armeniæ montes, in quibus poſt diluuium arcam Noë conſediſſe feruntur: Boccatius & Haithonus אֲרָרָט *Ararat montem uocant, unde terra Ararat lib. regum hæc dicitur.*
Fluuij autem per Regionẽ excurrunt. Et Araxes flu. qui quidem oſtia habet iuxta Hyrcani maris ſitum in gra. 79 45:43 50
Fontes uerò iuxta ſitũ gradus habentem 76 30:42 30
Ab ijs impetu ad oriẽtem uectus, uſq; montem Caſpium, & ad ſeptentrionẽ flexus, partim ad Hyrcanũ mare exit, partim admiſcetur Cyro fluuio, ſecundum ſitum continentem gradus 78 30:44 30
Et Euphratis fluuij pars, à prædicta ad orientẽ flexione uſq; ad fontes qui & ipſi gradus habent 75 40:42 40
Almachar fluuius Aſſyriorũ lingua dictum ait Plinius.
Sunt & alij montes memoratu digni, à diuertigio Euphratis fluuij. Finis aũt, qui Euphrati coniungitur, gradus habet 71 30:40 30
Finis uerò, qui iuxta ipſius eſt fontes 77 :41 0
Et Tigridis pars in Armenia compræhẽſa, à particula ea, quæ eſt à latere meridiano uſq; fõtes ipſius Tigridis, quę gradus habent 74 40:39 40
Diglito iuxta fontes uocatũ Tigridem ait Plinius.
Facientes paludem iuxta fontes, quæ uocatur Thoſpites. Sunt & aliæ paludes, inter quas ea, quę uocatur Lychnites, Cuius medium gradus habet *Thoatin & Arſenium lacum uocat Strabo, Dionyſius poëta Thonitin, Plinius Teſbitem* 78 :43 15
Et Arſiſſa palus, cuius medium continet gradus 78 30:40 50

Regiones autem in Armenia ſunt, in parte inter Euphratē & Cyrū ac Araxem amnes compræhenſſa, penes quidem Moſch cos montes Cotacene, Super eos qui Bocche appellātur. Penes aūt Cyrum amnē Toſarene & Totene. Penes uero Araxem fluuium Colchene. Et quæ ſub ea eſt Soducene. Penes autē Paryardē montem Syracene & Sacapene *Sacaſena ab alijs dicitur.*

Et ciuitates in ipſa parte

Sala	73	20:44	20
Aſcura	74	:44	10
Baraza	75	20:44	10
Lala	76	10:44	0
Santuta	77	20:44	20
Sataphara	78	:44	20
Toga	78	50:43	40
Varutha	73	:43	0
Azatha	73	45:43	45
Cholua	74	:43	10
Sedala	74	40:43	45
Surta	74	30:43	40
Patina *aliâs Taſtina*	74	40:43	0
Cozala	75	20:43	30
Cotomana	75	15:43	40
Batinna	76	10:43	40
Dizaca	76	50:43	10
Ptua	77	:43	45
Gliſma	78	20:43	40
Choluata	78	45:43	40
Sacalbina	79	20:43	15
Arſarata *Arxata Strab.*	79	30:43	30

Et penes Euphraten fluuium

Brepus *aliâs Breſſus*	72	15:42	45
Elegia	73	20:42	45
Chaſira	74	:42	40
Chorſa	74	40:42	30
Thalina	75	20:42	45
*Armauria	76	40:42	54
Artaxata *Artaxiaſata Strab.*	78	:42	40
Naxuana	78	50:42	45

In cōprehenſa aūt parte ſub prædicta, uſq; ad diuertigiū Euphratis: regiones ſunt magis quidem ſeptentrionales, incipientes ab occaſu Baſiliſſene & Hobordene & Arſea.

Sub his uero & Aciliſene & Aſtaunites. Et penes ipſum fluuij diuertigium Sophene.

Ciuitates autem ſunt in hac parte

Athua	71	30:42	30
Tiniſſa	73	30.42	30
Zoriga	71	30:42	0
Sana	73	50.42	0
Brizaca	74	30:42	30
Daraniſſa	76	:42	20
Zogocara	77	15:42	20
Cubina	78	30:42	20
Codana	71	30:41	40
Cachura	72	:41	20
Cholua	73	30:41	0
Sogocara	74	:41	0
Phauſia	74	15:41	45
Phandalia	74	50:41	30
Zaruana	75	40:41	45
Citamum	76	:41	30
Anarium	76	50:41	30
Sigua	77	:41	0
Terua	78	:41	50
Zurzua	78	30:41	40
Matuſtana	78	:41	20
Aſtacana	78	:41	0
Tarina	72	20:41	0
Balisbiga	73	40:40	40
Babila	73	15:40	45
Sagauana	75	15:40	45
Azora	76	30:40	40

In reliqua autē & auſtraliori parte, inter Euphratis & Tigridis fontes Anzitene eſt. Et quæ ſub ea Thoſpites. Poſtea Corinea

Et Ciuitates ſimiliter in parte hac

Legerda	72	15:40	15
Mazara	71	20:39	50
Anzeta	72	:39	20
Soita	72	50:39	30
Belcania	73	30:39	40
Seltia	74	:40	0
*Thoſpia	74	20:39	50
Colchis	75	30:39	0
Siauana	71	30:38	0
Arſamoſata *Arſamote Plinio, quam Euphrati proximam facit*	73	:38	20
Corra	74	30:38	40
Artaſigarta	75	20:38	45

Ab oriente uero fontium Tigridis amnis Bagrandauene eſt. Et ſub ipſa Gordene, quā magis orientalis Cortæa, & qui ſub ipſa ſunt Mardi.

Ciuitates

Ciuitates autem ſimiliter in hac ſutis parte

Taſcà	75	30:40	20
Phorà	76	:40	10
Mæpa	76	:40	40
Buana	76	45:40	0
Cholima	76	45:40	40
Terebia	77	20:40	56
Daudyana	77	40:40	20
Caputa	79	20:40	10
* Artemita	78	40:40	30
Thelbalane	76	15:39	50
Siæ	75	45:39	40
Pherendis	74	40:39	40
Tigranocerta *Penes, quam Niceforius ama nus Tacitus lib.15.*	76	45:39	40
Sardeua	75	50:39	10
Colſa	78	:39	50
Tigranoama	79	45:40	0
Artagigarta	75	20:38	45

CYPRI INSVLAE SITVS. Cap. XIIII.

Tabula quarta Aſiæ:

Crypta Stephano dicebatur, Minois, Colinia, Cerastis, Macbara, Acamantis, Aſpelia, & Amathuſa: Chitim Hebreis. Veneti imperant ſub Turcarum tributo.

Cyprus quaqua uerſus pelago terminatur,

Ab occaſu quidem Pamphylio ſecūdum deſcriptionem hanc

* Acamas promont.	64	10:35	30
Paphos noua	64	20:35	10
Drepanum promont.	64	30:34	45
* Paphos uetus *Palepaphos Plinio & Straboni.*	64	30:35	0
Zephirium promont.	64	10:35	6

A meridie mari Aegyptio atq; Syriaco ſecundum deſcriptionem hanc

Poſt Zephirium promont.

Phrurium promont.	64	45:34	50
Curium ciuitas *Limiſo à noſtris dicitur.*	65	:35	0
Lyci flu. oſtia	65	20:35	6
Curias extrema	65	30:34	45
* Amathus *Veneri Sacra fuit, unde tota inſula Amathuſia dicebatur.*	65	45:35	0
Tetij flu. oſtia	66	10:35	0
Citium ciuitas *Cetium Straboni*	66	15:35	0
Dades extrema	66	30:35	0
Throni ciuitas & extrema *Cabo de la groda.*	66	45:35	0

Ab oriēte pelago Syriaco ſecundū deſcriptionē hāc Poſt Thronos promōt.

Padalium promont. *Pedaſium Strab.*	67	:35	20
Pediæi flu. oſtia	66	50:35	20
* Salamis *Cenchrea dicta, hodie Famaguſta.*	66	40:35	30
Elça extrema	67	:35	40
Clides extrema *Caput ſancti Andreæ,*	67	30:35	50

A ſeptentrionibus uero anguſto Ciliciæ freto iuxta deſcriptionem hanc

Carpaſia *Carpaſiū Plin.*	66	50:35	50
Achæorum littus	66	40:35	40
Aphrodiſium	66	30:35	40
Macaria	66	:35	45
Ceraunia	65	40:35	45
Lapithi flu. oſtia	65	30:35	50
Lapithos Ciuitas *Lapheto Plinio.*	65	20:35	50
Crommyorū extrema *Promontoriū proximū Animurio promontorio Ciliciæ Tracheæ ad ſtadia 350. Strabo.*	65	10.36	10
Soli *Solûs Straboni*	65	:36	0
Callinuſa promont.	64	40:35	45
Arſinoē	64	40:35	36

Orientaliora igitur inſulæ Salaminia occupat.

Occidētalia uero Paphia. Inter hæc uero & meridionalia Amathuſia, & Olympus mons. Septentrionalia aūt Lapithia

Ciuitates aūt mediterraneæ hæ ſunt

Chytrus *Chytri Plinio.*	66	30:35	36
Tremithus	66	26:35	26
Tamaſſus *Tamaſeus Pli.*	66	40:35	26

Inſulæ uero penes ipſam hæ ſunt, & quæ appellantur Clides, quarū mediū gradus habet 67 20:35 40

Et Carpaſarum inſularum mediū continet gradus *Carpaſias uocat Strabo.* 64 6:35 45

SYRIAE SITVS.
Cap. XV.
Tabula quarta Aſiæ.

SYria terminat̃ à ſeptentrionibus Cilicia, & parte Capadociæ iuxta expoſitam per Amanum montem, lineam. Ab occaſu Syriaco pelago, ſecundum deſcriptionem hãc.

Poſt Iſſum & Ciliciæ portas

Alexandria penes Iſſum 69 30:36 10
Myrandrus *Quia ibi Xerxes per myriades, id eſt, dena milia exercitum in Græcos numeravit.* 69 30:35 50
Rhoſſus 69 20:35 40
Scopulus Rhoſſicus 69 :35 40
Seleucia pieria *Soldi vulgo.* 68 36:35 26
Orontis flu. oſtia *Tiphon prius. Parſarus hodie, ubi portus S. Simeonis.* 68 30:35 30
Fontes fluuij 70 :33 20
Poſidium *Pualo vulgo.* 68 30:35 15
Heraclea 68 20:35 10
*Laodicia *Rhamata Hebræis, Lychæ Barbaris.* 68 30:35 6
Gabala *Gebol Hebræis, hodie autem Volaterrano teſte Gibel dicitur.* 68 20:34 56
Paltos 68 20:34 45
Balanææ *Valat, Beona* 68 20:34 30

Phœniciæ

Eleutheri flu. oſtia *Valania flu. hodie* 68 :34 26
Simyria *Taxymiria Strab.* 67 50:34 40
Orthoſia *Tortoſa hodie, prius Antaradum.* 67 10:34 40
*Tripolis *Tripol en Suria* 67 30:34 20
Theuproſopon, uel dei facies promõ. 67 20.34 15
Botrys *Botrus* 67 30:34 6
*Byblus *Saietem hodie, ait Benedictus Aretinus.* 67 40:33 56
Adonij flu. oſtia 67 40:33 45
* Berytus 67 30:33 40
Felix Iulia Plinio, hodie Barutus, Barutim, emporium celebre ſicut olim Tyrus & Sydon.
Leontis flu. oſtia 67 30:33 36
*Sidon *Sychem prius.* 67 :33 6
* Tyrus *Zor Hebraice, Sur vulgo* 67:33 20
Ecdippa *Albũ promont.* 67 10:33 15
Ptolemais *Acon hodie, Acè Plin.* 66 50:33 0
Sycaminon *Epha Hebr.* 66 50:32 50
Carmelus mons *Caſtellum peregrinorum.* 66 36:32 56
Dora *Durum Plin. Dor Hebræis dicitur. fuit Machabeorũ ætate ita potens, ut ab Antiocho 120 millibus peditum & 8. m. equitum fuerit obſeſſa.* 66 30:32 40
Chorſæi flu. oſtia 66 20:32 36

A meridie Iudęa iuxta lineam inde deſcriptam, quaſi orientẽ uerſus, quæ ad meridiem flectitur, & ſecundum ſitum habet gradus 67 .30:32 20
Finitur autem ſecundum ſitum, qui habet gradus 68 :31 15
Et parte Arabiæ Petreæ iuxta lineã ꝑductam à fine prædicto, quaſi ad deſertam Arabiam, uſq; finem. Cuius ſitus gradus habet 70. 30:30 50
Ab ortu ſolis linea inde producta, iuxta Arabiã quidẽ deſertã uſq; uadum Euphratis iuxta Tabaſcũ, cuius finis ſuper Euphrate gra. h. 73 :35 6
Et deinde parte Euphratis fluuij penes Meſopotamiam, uſq; finem fluuij, qui & finis Capadociæ, gradus habens 71 40:38 0

Montes aũt in Syria inſignes ſunt
Eam tamen nõ ærea mœnia habere dicunt, nec quicq; memoratu dignũ. Circundatur aũt à Cattigaris uerſus occaſum terra incognita, mare Praſodeam plectens, uſq; promont. Praſum, à quo incipit, ut dictũ eſt, maris aſperi ſinus, terrã cõiungens Rhapto promont. & partibus Auſtralibus Azaniæ.

TAPROBANES INSVLAE ſitus. Cap. IIII.

Tabula duodecima Aſiæ.

Taprobana, à noſtris Samotra ſiue Sumatra dicitur, ut Ioſeph Indus, Ludouicus Vartomanus & alĳ teſtantur. Huic quatuor reges moderantur, omnes idololatræ.

Cory Indiæ promontorio opponitur promontoriũ inſulæ Taprobanes, quæ olim Simondi inſula dicebatur, nũc autem Salice. Qui eam habitãt communi uocabulo Salæ dicuntur, mulierum crinibus omnes ferè tecti.

Naſcit apud hos oriza, mel, zingiber, beryllus, hyacinthus, & uniuerſorum metallorũ genera, auri & argẽti et aliorum. Elephãtes gignit & Tigres. Eius promontoriũ, quod dictũ eſt Cory opponi gradus habet 126 :12 30
Et uocat Boreũ promont. Alia autem circũſcriptio habetur in hũc modum.
Poſt dictum Boreum promont. quod gradus habet 126 :12 30
Galiba extrema 124 :11 20
Margana ciuitas 123 30:10 20
Iogana ciuitas 123 20.8 50
Anariſmõdi promõt. 122 :7 45
Soanæ flu. oſtia 121 20:6 15
Fontes fluuĳ 124 30:3 0
Sindocanda ciuitas 111 :5 0
Priapidis portus 112 :3 40
Anubingara 111 :2 40
Praſodes ſinus 121 :2 0
Iouis extrema 120 30:1 0
Nubartha ciuitas 111 40:æqnoct.
Azani flu. oſtia 113 10:auſtr. 1
Fontes fluuĳ 116 : ſeptentr. 1
Hodoca ciuitas 113 : auſtralis 2
Orneum uel auſum extrema
115 : auſtr. 2 30
Dagana ciuitas ſacra lunæ
126 : auſtralis 2
Corcobara 117 40:au. 2 20
Dionyſi ſeu Bacchi ciuitas
130 : auſtr. 1 30
Cetæum promont. 132 30:au. 2 20
Baraci flu. oſtia 131 30:ſeptẽ. 1
Fontes fluuĳ 128 :2 0
Bocana ciuitas 131 :1 20
Mordi portus 131 :2 20
Abaratha ciuitas in extremis 131:3 15
Solis portus 130 :4 0

Solis inſulam facit Plinius, quæ & Nympharum rubens cubile dicitur. ubi ob æſtũ intollerabilẽ omne animans ingreſſum, ut circumfuſi aëris confectum exanimatur.

Littus magnum

Procuri ciuit. in pmõt. 131 :5 40
Rhizala portus 130 40:6 30
Oxia promont. 130 :7 30
Gangis flu. oſtia 129 :7 20

Fontes

Fontes fluuij	127	:7	15
Spatana portus	129	:8	0
Nagadiba ciuitas	129	:8	30
Panti Sinus	118	30:9	30
Anubingara ciuitas	128	40:9	40
* Modutti Emporiũ	128	:11	20

Pynder hodie, & celebrior totius inſulæ portus.

Phaſis flu. oſtia	127	:11	20
Fontes fluuij	126	:8	0
* Talacori Emporiũ	126	20:11	40

Poſt quod eſt Boreũ promontorium.

Mõtes in inſula inſignes ſunt, qui Galibi appellantur, ex quibus fluunt Phaſis, & Ganges. Et mons, qui Malea dicũtur, unde fluũt Soanas, & Azanos, & Barraces. Et ſub hoc monte uſq; mare ſunt Elephantũ paſcua. Teneni autem inſulã à parte maximè Septentrionali Galibi & Muduttæ. Sub quibus Anurogrãmi, & Nagadibi. Et ſub Anurogrammis Soani. Sub Nagadibis autem Semni. Subq́; ijs etiã Sandocandæ quidẽ uerſus occaſum. Et ſub ipſis uſq; Elephantũ paſcua Bumaſani. Tarachi autẽ uerſus ſolis ortũ tenẽt. Sub quibus Bocani & Morduli, & qui maximè auſtrales ſunt Rhogãdani & Nanigiri. Ciuitates autem in inſula mediterraneæ hæ ſunt

Anurogrãmũ regia	124	10:8	40
* Maagrãmũ Metrop.	127	:7	20
Adiſamum	129	:5	0
Poduce	124	:3	40
Vliſpada	126	20: borealis	40
Nacaduma	118	30: ęquino.	

Ante Taprobanem multitudo inſularum iacet, quas dicũt eſſe mille trecentas & ſeptuaginta & octo numero.

Quarũ tamẽ nomina tradũtur, hę ſunt

Vangana	120	15:11	20
Canathra	121	40:11	15
Orneorũ uel auium	119	:8	30
Aegidiorum	118	:8	30
Monache	116	:4	15
Ammine	117	:4	15
Carcus	118	auſtral.	40
Phelicus	116	30:auſt. 2	40
Erene	120	: auſtr. 2	30
Calandadrua	121	: auſtr. 5	30
Arana	125	: auſtr. 4	20
Baſſa	126	: auſtr. 6	30
Balaca	129	: auſtr. 5	30
Alaba	131	: auſtral.	4
Gumara	133	: auſtr. 1	40
Zaba	135	: æquinoct.	
Zibala	135	: boreal. 4	15
Nagadiba	135	: boreal. 8	30
Suſuara	130	: boreal. 11	15

Orbis igitur necnon prouinciarum ac præfecturarum enarratio particularis, hoc nobis explanata ſit modo. Cæterũ cum in principio cõpoſitionis oſtenderimus, quo pacto cogniti orbis pars, in ſphęra deſcribi poſſit, necnon in ſuperficie plana, ut maximè ſimilis & cõmenſilis ſit ijs, quæ in ſphæra comprehendũtur ſolida, cõgruaiq́; tabulis uniuerſi orbis explanatiõibus, deſcriptionem quandam addere ſummariam, ad demonſtrationem eorum quæ uniuerſaliter ſunt contemplata, abſoluatur & ipſa ſecundũ conuenientem rationem, quæ ita ſe habet.

DESCRIPTIO SVMMARIA TABULÆ ORBIS. Cap. V.

ORbis noſter in tres diuiſus eſt continentes à uetuſtioribus illis, qui ſigillatim quàm diligentiſſimè ſcripſere, commẽtarioſq́; reliquere de ſingulis, ſicut in hiſtoria, quibus & nos aſtipulamur, qui partim hæc inſpeximus, partim uerò diligẽter ab eis excepimus, ac ideo tabulam quo pacto totus orbis figurari poſſit, ſubijcere deliberauimus, ut nil diſcendi cupidis inexpertũ relinquatur, ex ijs, quæ particulatim utilia ſunt, quo omnis hiſtoria ornetur, pariter & acumen uirtũ naturalium excitetur.

Pars terræ noſtræ habitabilis terminatẽ ab ortu ſolis terra incognita, quæ populis oriẽtalibus Aſiæ magnæ adiacet Sinuſq́;, ac Sericæ.

A meridie ſimiliter terra incognita, quæ pelagus ambit Indicũ, & quæ Aethiopiam, quæ à meridie eſt Libyæ, uocaturq́; Agiſymba, complectitur.

Ab occaſu etiam terra incognita, quæ

ſinũ excipit Aethiopicũ Libyę,& dein deoceano occidẽtali, qui occidẽtaliſſimis Libyæ & Europæ, adiacet psrtib. *Nulla ab occaſu hodie terra incognita,ſed occidentaliores Africæ partes Caput album & Caput uiri dedicuntur,Oceano adiacentes.*

A ſeptentrionibus autẽ cõiuncto ſibi oceano, qui inſulas cõplectitur Britannicas necnõ Europæ Borealiſſima, appellsturq́ Deucalidonius & Sarmaticus, ac etiã terra incognita, quæ Borealiſſimis magnæ Aſiæ adiacet regionibus, Sarmstiæ et Scythię,& Sericę. Ex æquoribus uerò, quæ sb orbe excipiuntur habitabili, msre noſtrũ cũ adnexis ſibi ſinibus, utpote ſinu q iuxta Adriã eſt, Pelagusq́ Aegæũ, necnõ Propontidem, pontũ quoq́, ac paludem Mæotim, per ſolum fretũ Herculeũ cũ oceano cõmiſcetur, pelsgi anguſtias quaſi Iſthmũ Cherſoneſi inſtar faciens. Hyrcanum uerò mare, quod & Caſpiũ dicitur, undiq́ terra circũdatur, inſulæ quo ad continentem oppoſitum, ſimile.


Similiter & mare, quod iuxta pelagus eſt Indicũ, totũ cum adiscentibus et ſinibus, tam iuxta ſinũ Arabicum, quàm Perſicũ, necnon Gãgeticum, & eũ qui propriè magnus uocatur ſinus, undiq́ à terra circũambitur. Quapropter ex tribus continentibus, Aſia adnectiť Libyæ,& per dorſum Arabię,q mare noſtrũ à ſinu ſegregat Arsbico, et per terram incognitã, quæ sb Indico alluitur pelago. Europę uerò adnectiť per dorſum, quod inter paludem eſt Meotim, ocesnumq́ Sarmaticum ſuper Tanaia amnis defluuio. Libya uerò ab Europa ſolũ freto diſiũgitur, per ſeipſam illi cohærens minime, ſed per Aſiam omnino, quoniã illa utriq́ connectitur, ambasq́ p orĩetalem plagã attingit. Porrò ex tribus illis cõtinẽtibus msgnitudinis gratia, Aſis eſt prima, ſecũda Libya, tertia Europs. ſimiliter inter maria prædicta, quę à terra excipiũtur, rurſus ob magnitudinẽ primũ eſt msre iuxta Indicũ pelagus, ſecũdum noſtrum, tertiũ Hyrcanũ, quod & Caſpiũ Pręterea inter ſinus inſigniores, primus eſt ſimiliter & maior Gãgeticus, ſecũdus Perſicus, tertius uerò Magnus, quartus Arabicus, quintus Aethiopicus, ſextus Põti, ſeptimus Aegęi pelagi, octauus paludis Mæotidis, nonus Adriæ, decimus uerò Propontidis. Ex inſulis uerò inſigniotibus & peninſulis, prima eſt Taprobsne, ſecunda Albionis Britannicorum, terra aurea Cherſoneſus, quarta Iuuernia Britãnicorũ, quinta Pelopõneſus, ſexta Sicilia, ſeptima Sardinia, octaua Cyrnus, quæ et Corſica, nona Creta, decima Cyprus. Sanè meridionalẽ terræ cognitę finẽ terminat psrallelus, qui æquinoctiali eſt auſtralior psrtib. 16. m̃. 26. qualiũ eſt circulus maximus 360. *Hodie uſq́ ad Caput bonæ ſpei, quod eſt Africæ continens 23. gradus latitudinis meridionalis numerantur.* Totidẽ etiã partibus qui per Meroẽn ſcribiť, æquinoctiali eſt ſeptẽtrionalior. Septẽtrionalẽ uerò finẽ terminat parallelus, qui æquinoctiali eſt ſeptentrionslior psrtibus 63. ſcribitur autẽ per Thylen inſulã, ita ut latitudo terræ cognitę partium fiat 79. m̃, 26. aut integris gradibus 80. Stadijs uerò qusdraginta millib. ferè, ita ut pars uns, ſeu gradus unus, quingẽta cõtineat Stadia, quemadmodum ex diligẽtibus deprehenſum eſt dimenſionibus. Totius uerò ambitus cẽtum & octuaginta millia comprehẽdat ſtadia. Rurſus orientalẽ finẽ terræ cognitæ terminat meridianus ſcriptus per Sinarũ Metropolim diſtãs ab eo, qui per Alexandriã ſcribiť, orientẽ uerſus, ſup æquinoctiali partibus 119. m̃. 30. octo aũt horis ferè æquinoctialib. Occidentalem uerò finẽ terminat ille q per fortunatas ſcribiť inſulas, diſtantq́ ab eo, qui per Alexandriã partibus 60. m̃. 30. horis autẽ æquinoctialibus quatuor. A ſemicirculo uerò orĩẽtaliſſimo partib. 180. ac hotis æquinoctialibus 12. ita ut longitudo orbis cogniti eſſe colligatur, ſuper parte quidem æquinoctialis, ſtadiorũ nonsginta millis. Super eo uerò qui eſt auſtraliſſimus octuaginta & ſex milliũ ac trecentorũ & ferè triginta. At ſuper eo qui eſt ſeptentrionaliſſimus

ſimus millia quadraginta octingenta
quinqua ginta quatuor. Et rurſus ſu/
per eo, qui per Rhodum ſcribitur ſub
quo potiſſimũ factæ ſunt dimenſiones
diſtãte ab æquinoctiali partibus 36. ſta
diorum ſeptuaginta duorum ferè mil/
lium. Super eo autem qui per Syenem
eſt quicq; ab æquinoctiali diſtat parti/
bus 23. m̃ 50. qui ferè in medio totius la
titudinis ſitus eſt, Stadiorum octuagin
ta duo millia trecentorum triginta ſex,
ſecundum proportionem ipſam dicto
rum parallelorũ ad æquinoctialẽ, ita ut
longitudo orbis latitudine maior fiat,
in climatib. quidẽ ſeptẽtrionaliſſimis,
quinquageſima ferè parte, in ijs uerò p
Rhodũ dimidia quodãmodo & tertia
parte, in ijs aũt per Syenẽ totidem & ſe
ſè ſexta, in auſtraliſſimis quoq; totidẽ.
In ijs uerò qui ſub æquinoctiali ſunt to
tidem, ac inſuper quarta. Magnitudo
autem maximi diei ſeu noctis. in paral/
lelo quidem inter prædictos auſtraliſſi
mo horarum æquinoctialium eſt 13. to
tidem & in eo qui per Meroẽn ſcribit.
In æquinoctiali autem horarum eſt 12.
In eo uerò qui per Syenem deſcribitur,
horarum 12. m̃. 30. At in eo qui eſt per
Rhodum 14. & m̃. 30. In ſeptentriona
liſſimo autem et qui per Thylen 20. ita
ut totius latitudinis differentia fiat ho/
rarum æquinoctialium nouem.

ARMILLARIS SPHAE*ræ cum habitabili deſcriptio.*
Cap. VI.

DEſcriptio igitur diſpoſi/
tionis uniuerſæ, ad tanta
uſq; cõpetenter ſe habet.
uerum haud abſurdũ erit
his addere, quonam mo/
do apparens terræ ſemiſphęriũ, in quo
habitabilis noſtra eſt, in plano deſcri/
batur, à ſphæra cõprehẽſum armillari
quandoquidem plures quidemonſtra/
tionem hanc aggreſſi ſunt ineptiſſimê
ea uſi uident. Proponatur igitur ſphæ/
ram armillarẽ in plano deſcribere, quæ
partem cõplectatur terræ ita uſus ſitũ
habentem, ſecundũ quem rectæ linea/
ris ſit cõmunibus ſectionibus, hoc eſt,
meridiani, qui per tropicas notas, cui
& longitudo ſubiacebit, noſtram habi
tabilem bifariam incidit, & paralleli,
qui per Syenem in terra ſcribitur, qui
& ipſe latitudinem orbis æqualiter fer/
mè ſecat. Sic autem babeantur ratio/
nes magnitudinũ armillaris Sphęrę, &
terræ, necnon uiſus diſtantiæ, ut in eo
ſpacio, quod inter: Armillã ęquinoctia
lis & æſtiui cõtinetur tropici, tota pars
terræ appareat cognitæ: Auſtraliori ſe/
micirculo, eius qui per media ſigna eſt
circuli, ſuper terram conſtituto, ne ab
illo obumbratio quædam fiat terræ ha
bitabilis, ad Boream conſtitutæ. His
igitur ſuppoſitis dicti quidem meridia/
ni, unius rectæ lineæ ſecundum axim
ipſam facient apparentiam, quaſi ui/
ſus in plano, per eos ducto, cadat. Ob
eandem etiam cauſam parallelus per
Syenem rectæ lineæ apparentiam præ/
bebit, illa exiſtente recta: reliqui uerò
ex circulis inſcribendis, ſecũdum con/
caua ad rectas lineas, inuerſi appare/
bunt: meridiani quidem ad lineã eam
quæ per polos eſt, paralleli uerò ad illã
quæ per Syenem, & magis ij qui plus
ex utraque parte diſtant, quemadmo/
dum per ſe liquet. Quo pacto uerò de/
ſcriptionem hanc effingere poſſimus
ut quàm ſimilis ſit adumbramentis ui/
ſualibus modus hic perquàm commo
dus nobis erit.

Eſto meridianus qui per ſigna æquino
ctialia in ſphæra trãſit armillari a b c d
circa cẽtrum e, & diametrum a e c, in/
telligaturq; a ſecundum polum Borea
lem, c uerò Auſtralem ſc ſumatur b f
& d g & b h & d k circũferentiæ in
diſtãtijs tropicorum ab æquinoctiali:
a aũt & l & a m & c n & c o à diſtan/
tijs poli arctici et antarctici, ſecetq; dia/
meter æſtiui ipſam a e iuxta p. Quũ igi
tur parallelum qui per Syenẽ ſcribitur,
inter e & a poſitionem habere opor/
teat: ſit autem ratio circũferentiæ, quæ
eſt à parallelò per Syenem ad æquino/
ctialem, ad quadrãtem, quatuor ferè ad
quindecim, dimidiæ autem e p ad e a




Aparctias
Septentrio
Boreas
Aquilo
Hellespontius
Caecias
Apheliotes
Subſolanus
Vulturnus
Eurus
Euronotus
Euroauſter
Notus
Auſter
Libonotus
Euroafricus
Lips
Africus
Z phyrus
Fauonius
Corus
Iapyx
Traſcias
Circius

eorundē ferè quatuor ad uiginti ſeſqui
tertia erit & e a lineæ quæ ex cētro terræ exit. Aſſumatur iam e q taliũ trium
qualiũ eſt quatuor e a, & in centro e,
diſtātia uerò e q, ſcribatur in eodē pla
no circulus, qui tertam cōplectatur q
r: & diuiſa aliqua recta, quæ ſit æqualis
e q in nonaginta ſectiones æquales,
unius quadrantis æqualis ipſi e p, aſſumatur quidē e s ſectionũ uiginti trium
ſemis & tertij, at e t ſectionũ ſedecim
tertij & duodecim, e u uerò eorũdem
ſexaginta triũ, & perducaē x s y ad q
r recta cadens, uidelicet ſecundũ parallelum per Syenē. Erit igitur t ſignum
per quod ſcribetur parallelus ille, qui
terminat auſtralem finē habitabilis, &
oppoſitus ei qui eſt per Meroēn: u uerò per ꝗd ſcribeē parallelus, qui terminat finē Borealem, ſcriptusq́ per Thylem. Aſſumatur nunc ſignũ paululum
auſtralius t ſicut z, & cōiungatur z d
pducāturq́ s y & z d, ac cōincidant
iuxta *. Si igitur nunc expoſitos circulos intelligamus in plano, p ſigna tropicorum & polorũ, aſpectumq́ ſuper
* propter ſubiecta: lineæ quidem ab *
per m et g ac d & k & o productę ad a
c facient ſuper ipſa ſectiones, per quas
ſcribentur ad aſpectũ ſegmenta quinq́
parallelorum: ueluti per ſectionē z ſcribeē circa d æquinoctialis. Lineæ uerò
ab * ſuper l & f & b & h & n cōiunctæ apud a c ſectiones faciēt, per quas
ſcribentur ultra terraneæ portiones eorũdem parallelorũ. Similiter quoq́ in
parallelis deſcribendis in terra, ſi ſumpſerimus ſuper q r peculiares ab æquinoctiali diſtātias, ueluti u & t ac ſectiones, quæ fient ſuper eiſdē per rectas lineas a z coniunctis ſuper ſemicirculo
q r habebimus oppoſitas eis ſecũdum
parallelos poſitiões, per quas ſcribentur dictorũ parallelorũ ſegmēta: ueluti g u f & d t b: ſuper quibus ſumentes
exortus eorum quæ ordinanda ſunt ex
utraq́ parte meridiani t u & ſup x s y
recta, in peculiaribus trium illorum parallelorum rationibus, ſcribemus per
trium ſimiliũ ſignorũ particulas, ſubiectorum meridianorum, tanquam eorum qui definiāt longitudinem, & f x
b & g y d.
Multitudo igitur in terra deſcribendorum ad deſcriptionis magnitudinē adaptanda erit. In Armillarum uerò parabola, id obſeruandum eſt, ut quum ſingula per dicta quatuor ſigna trāſeant,
figura effingantur ouali, & non in mucrones deſināt, in ſectionibus apud circulum extremum, ne ſpeciem præbeāt
fracturæ. Nam illic quoq́ congruam
reliquis flexurā ſeruari oporret, quamuis lineamēta curua, quæ eclipſim complectuntur, ultra extremum circulum
totius deſcriptionis finitorem cadant,
quod & in ueris armillis accidere uidetur. Animaduertendnm præterea, ne
circuli ſolum lineę exiſtant, ſed ut cum
aliquali latitudinis commenſuratione
& colore differant, ac etiam ut ultra terraneæ circulorum portiones, obſcuriores habeant colores, quàm illæ, quæ
uſui ſunt expoſitæ, quo in proximioribus fiant inciſuræ ſecundum obumbrationes, quæ in ueris eueniunt armillis. Præterea ut Zodiacus incidat ſuper terram iuxta ſemicirculum auſtraliſſimum, & per tropicum hyemalem
incidatur autem ab ipſa ſecundum Borealem, & per æſtiuum tropicum. Conſcribemus autem de ijs quoque in locis
oportunis peculiares denominatiões,
ac etiam in circulis, qui in terra ſunt numeros, quæ in orbis deſcriptione ſunt
explanati diſtantiarum & horarum.
Circa uerò exteriorem circulum uentorum ponemus nomina ad imitationem ſphęrę armillaris, apud adiacētes
quinque parallelos & polos per adnotationes.

DESCRIPTIO EXTENSIOnis. Cap. VII.

CAeterum huiuſce extenſionis deſcriptio quæ &
ſummatim armillari congruit ſphęrę, talis erit. In
plano ſubijciatur deſigna



*
A
B
C
D
E
F
G
H
K
L
M
N
O
P
R
S
T
V
X
Y
Z

tio,unà cũ terra cõprehenſa,quę talem habeat poſitionẽ, ꝑ quã uiſus rectus ſit cõmunibus inciſionib hoc eſt,meridiano,qui bifariã per tropica ſigna orbem ſecat, cui & ſubiacet longitudo noſtri habitabilis,& parallelo per Syenem in terra ſcripto, qui & ipſe ferè latitudinẽ orbis interſecat, ita aũt ſe rationes magnitudinũ ſphæræ ac terræ, necnon uiſus habeãt diſtantiæ, ut in ſpacio,quod inter æquinoctialem eſt & tropicũ æſtiuum,tota pars terrę cognitę appareat, auſtraliori ſemicirculo per mediũ Zodiacæ armillæ, cõſtituto ſuper terrã, ne ſub hac obumbratio quædam habitabilis noſtræ fiat, quæ ad Borealius poſita eſt hemiſphærium, quapropter dicti meridiani uniua rectæ lineæ per axẽ ipſam faciant imaginationem, tãquam uiſu in plano per ipſos cadẽte,ac etiam parallelus per Syenẽ, ob eam cauſam rectus uideaṙ. Reliqui uerò circuli adnotandi, ſecundum cõcaua, cõuerſi appareãt, ad lineas rectas, meridiani quidem ad eam lineã, quæ per polos tranſit. Paralleli autem ad eam lineam,quæ eſt per Syenem, & magis ij,qui plus ab utraq; illarũ parte diſtãt, ita ut arcticus magis quàm tropicus æſtiuus ad Septẽtriones. Hyemalis uerò tropicus magis quàm æquinoctialis ad meridiẽ declinet, ac etiã antarcticus magis quàm tropicus hyemalis. Præterea terræ cognitę pars ita conſtituatur, ut nullibi illam occanus circũfluat, niſi in finibus deſcriptis,qui ad Corũ ſitæ ſunt & Circium Libyæ, & Europæ,cõformiter uetuſtiorum hiſtorijs.

CLAVDII
PTOLEMAEI GEOGRAPHI
cæ enarrationis.

Octauus liber hæc habet.

Cum qua præſuppoſitiõe facere oportet habitabilis noſtræ diuiſionẽ per tabulas.

Quænam ad unamquãq; tabulam deſcribere conueniat.

Expoſitio omnium deſcriptionũ,quibus continentur,Europę tabulæ decẽ, regiões triginta quatuor, ciuitates centum & decem & octo.

Aphricæ tabulæ quatuor, regiões duodecim,ciuitates quadraginta duæ.

Aſię magnæ tabulæ duodecim, regiones, quadraginta octo. Ciuitates centum & nonaginta, ita ut tabulæ orbis fiant 27.regiones 94.ciuitates 350.

CVM QVA PRAESVPPO-
ſitione facere oportet habitabilis noſtræ diuiſionem ad tabulas.
Caput I.

QVęcũq; igitur ad enarrationem Geographicam in mediũ adducere oportebat,tã ex frequentiori diligẽtia eorum,qui regiones noſtras agnitas peragrarunt,quàm ad faciliorem ſimul & magis peculiarẽ deſcriptionũ aggreſſionẽ, ſufficienter ſe habere arbitror. Nunc uerò iuxta modum eorũ qui ante nos fuerũt, tãquam ſummariè addendũ erit,per quęnam loca in deſignatiõe unuſquiſq;,qui notari debet parallelus ſeu meridianua ſcribẽdus ſit, ne ridiculũ fiat, ſi omnia ſimpliciter loca, ac ea quoque, quæ haud quaquã in expoſitos incidũt circulos, adiacentes habeãt ſitus parallelorũ,et meridianorũ per ipſos deſcriptorum. Poſtq; competẽs quędã deſcriptio habitabilis totius facta eſt, ut in una comprehenſa tabula, ſub uiſum noſtrum cadat, cõſequens eſt,ut ſummariè, fiẽdas exponamus deſcriptiones, ſi generalẽ illam in plures diuidere uelimus tabulas,quo loca cũcta peragrata, cum lucidiori cõmenſuratione ordinari queãt, Etenim cum in uniuerſa deſcriptione neceſſarium ſit, quo rationes partium orbis inter ſe cõſeruentur, ut quædam propter frequẽtiam locorum ordinandorum dilatentur, alia autem pròpter defectum inſcribendorum contrahantur, quod plerique obmittentes multa quidẽ in tabulis ipſis peruertere coacti ſunt,

ſunt, tam in menſuris regionum, quàm figuris, tanquam haudquaquam ab hiſtoria rectè deducti, quemadmodum ij, qui maximam tabulæ partem Europæ attribuerunt, tam ſecundum longitudinem quàm latitudinē, propter frequentiam & uarietatem locorū imponendorum. Aſiæ autem ſecundum longitudinem nimium reliquerūt ſpaciū. Libyæ uerò ſecūdum latitudinem propter contrariū, etenim ob cauſam hāc, Indicum pelagus, poſt Taprobanē ad Septētriones cōuerterunt, cum ipſis tabula obſtaret, quo minus ad ſolis ortū progredi poſſent, nihilꝗ́ tale haberēt, ꝗd ex contrario ſuper Scythia, Boreæ ſubiecta deſcribere poſſent, rurſusꝗ́ occidentalem oceanū ad ortum uerterunt, obſtāte eis tabula, ad diſtantiam meridianam, quum nihil ibi ſeu interioris Libyæ aut Indiæ uaſtitas cōtineret, quod occidentali littori propter locorum frequentiam opponi poſſet.

Quapropter tales, cum terram uniuerſam oceano cingerent, à cōſcribendis erroribus incipere uiſi ſunt, hiſtoriāꝗ́ ad impoſſibilia detorſerunt. Nos uero in diuiſione tabulæ præfatū errorē euitare poterimus, ſi diuiſiones ita fecerimus, ut regiones frequentiores, aut ſolæ ſint, aut cū paucis tabulam ſortiantur, ſecūdum maiores circulorū diſtantias. in frequentiores uerò & quæ non adeò multa intercipiunt totæ, cum pluribus ſimilibus, ſub una cōprehendantur tabula, in minoribus circulorum diſtantijs. Haud enim neceſſe eſt, ut omnes tabulæ inuicem ſint commēſuratæ, ſed ſolum ut in ſingulis inuicem cōſeruetur ratio, quemadmodū cum caput ſolum depingimus, ſolum quæ capitis ſunt, aut quum manum ſolum quæ manus ſunt ſolum. Non enim quæ capitis ſunt cum manu iungimus, niſi cum ſub una figura totum facimus hominem.

Quemadmodū enim nil impedit totū nonnunquā augere, nonnunquā uerò minuere, ita nil impedimento erit, ex partibus, cum per ſe cōſtant quædā ob capacitatē ſupponendarū tabularū augere quædam uerò minuere. Nec multum à ueritate aberit, quemadmodum in principio compoſitionis præfati ſumus, ſi lineas rectas, ꝑ circulis incidētibus per partes tabularū inſcribamus, lineas etiā meridianas haudquaquam inclinatas, ſed & illas inuicem æquediſtantes, quamuis enim uniuerſi habitabilis, tam latitudinis, ꝗ̄ lōgitudinis termini, ſecundū magnas ſumpti diſtātias præcipuas in extremis circulis faciant mutationes, nō tamē ita in ſingulis accidit tabulis, ac ideo ſecūdum rationem paralleli, qui bifariā incidit tabulā, ad circulum maximū, neceſſariū dicimus, ut ꝗ̄ plurimas faciamus parabolas, ne per totā diſtantiam tabulæ, id quod indagamus, quętere cogamur, ſed ſolum illud, quod ex ea à medio eſt ad alterū extremorum.

QVAENAM PER SINGVLAS *tabulas aſcribere congruat.*

Cap. II.

Tali igitur præſuppoſitioni innitentes, Europæ diuiſiones, decem comprehendemus tabulis. Libyæ uerò quatuor. Aſiæ autem duodecim, in ſingulisꝗ́ ſupraſcriptiones ponemus, prætermittētes, cuiuſnā continentis tabula quæꝗ́ exiſtat, & ꝗ̄ magna, quasꝗ́ contineat regiones, & quā rationē habeat parallelus, qui per mediū illarum trāſit, ꝗ̄ exactiſſimè ad meridianū & quænam circūſcriptio totius fiat tabulæ, ſubordinantes per ſingulas regiones, ciuitatū inſigniū eleuationes, aſſumptas ad magnitudinē dierum in ipſis. Situs uerò ſecūdum longitudinem ab diſtātijs meridiani, qui eſt per Alexandriā, ſiue ad ortū, ſiue ad occaſum magnitudinis ferè horarū æquinoctialiū. Et num ijs qui Zodiaco ſunt ſubiecti, ſol ſemel uel bis, ſuper uerticē fiat, ac quemadmodū diſpoſitus ſit ad cōuerſiones. Quin & quānam ſtellam fixam, ſingula loca in uertice habeant addidiſſemus, ſi in obſeruando apparerent latitudines, ad æquinoctialē, hoc eſt

eſt, ſi ſemper per eoſdẽ parallelos tranſirent, uerũ cum in mathematica compoſitione oſtenderimus, quod & fixarum ſphæra incidit in ſequentia mundi circa tropica & æquinoctialia ſigna, & haudquaquam circa æquinoctiales polos, ſed circa eos qui in medio ſunt circuli per Zodiacum, quemadmodum & errantium, nõ poſſunt eadem aſtra ſemper in eiſdem locis ſupra uerticem eſſe, ſed neceſſe eſt, ut ex ijs alia tranſeant ad loca prioribus ſeptentrionaliora, alia uerò ad auſtraliora, ſuperuacua nobis uiſa fuit ea deſcriptiõis additio, quum ſecundum talem hypotheſim, ſi ſuper ſphæra ſtellata poſitionẽ ipſius in temporibus quæſitis, ad circulum qui per ambos eſt polos conſtituerimus, totamq́; circumtulerimus ad permanentis meridiani diuiſum latus, facile cõſiderare poſſumus, ſignum ipſius totidem ab æquinoctiali diſtare partibus, quod & perquiſiti loci, ad eadem ipſa parallelus, obiterq́; deprehendere, num omnino nulla ex errãtibus ſtellis per ſignũ illud incedat, ſeu una aut plures, & quænam illa exiſtat. Quibus ita præfinitis, iam ab alio inchoandum eſt propoſito.

MVNSTERVS.

NE eadem bis ponamus, remittimus lectorẽ pro ſequẽtibus huius libri capitibus ad tabulas geographicas. Poſuimus enim in illis tituli loco, tabulę cuiuslibet tenorem, nẽpe prouincias, terminos & ciuitates inſignes atq; earundẽ diei lõgitudinẽ maximã & diſtantiam ab Alexandria. Vbi notandũ, lõgitudinẽ Alexandrię eſſe graduũ 60. & minutorum 30. Vnde ſi alicuius alterius urbis longitutudo hac minor fuerit, diſtabit ab Alexãdria uerſus occaſum; Sin maior uerſus ortum locabitur. Quantitatem longitudinis diſces, quindecim partibus differentiæ horam adſcribendo, & cuilibet parti quatuor unius horæ minutias, quod & in alijs quibuſcunque tuæ regionis urbibus obſeruabis. Maximę diei quantitatem ſequens tabella edocet. Aſſumpta enim urbis alicuius latitudine & in hac tabella quæſita, mox oſtendet diei maximam in horis & minutis longitudinem. Vt ſi latitudo alicuius loci fuerit 50. graduũ, diei illius maxima lõgitudo erit horarum 16. & minutorum 10.

Gradus latitudinis.

G	5	10	15	20	25	30	35	40	45	50	55	60	65

Quantitas maximæ diei.

H	12	12	12	13	13	13	14	14	15	16	17	18	21
m̃	17	35	54	14	34	58	24	52	26	10	8	50	50

EVROPAE TABVLAE SVNT decem, prouinciæ triginta quatuor & ciuitates centum atq; 18, quæ ſcilicet ſignatæ ſunt in tituli loco cum dierum longitudine & diſtantia ab Alexandria.

Prima Europæ tabula cõtinet duas inſulas Britannicas. Vide infrà primam Europæ pictam tabulam.
Secunda Europæ tabula complectitur totam Hiſpaniam, in tres prouincias, nempe Bæticam, Luſitaniam & Tarraconenſem partitam. Vide infrà.
Tertia Europæ tabula cõtinet Gallias in quatuor prouincijs, Aquitania, Lugdunenſi, Belgica & Narbonenſi.
Quarta Europæ tabula continet Germaniã magnã cũ inſulis adiacentibus.
Quinta Europæ tabula complectitur Rhætiam, Vindeliciam, Noricũ, Panoniam utrancq;, &c. uide infrà.
Sexta Europæ tabula cõtinet totã Italiam & Cyrnum inſulam, &c.
Septima Europæ tabula complectitur Sardiniam & Siciliam inſulas.
Octaua Europæ tabula continet Sarmatiam Europeam & Tauricam Cherſoneſum.
Nona Europæ tabula continet Iazyges Metanaſtas, Daciam, utranq; Myſiam, Thraciam & Cherſoneſum.

Decima Europæ tabula continet Macedoniã. Epirum, Achaiam, Peloponneſum, Cretam & Eubœam.

AFRICAE QVATVOR SVNT *tabulæ, regiones duodecim, ciuitates 42.*

Prima Africæ tabula continet ambas Mauritanias, Tingitanam et Cęſarienſem. Vide infrà tabulam Africę primã.

Secunda Africæ tabula continet Africam propriam.

Tertia Africæ tabula cõtinet Cyrenaicam & Aegyptum, Marmaricã & Libyam. In Thebaide duæ ſignantur urbes, Syrene ſcilicet & Berenice, ubi ſol ſemel in anno fit ſupra uerticẽ, quando eſt in æſtiuo tropico.

Quarta Africę tabula cõtinet interiorem Libyam & Aethiopiã quæ eſt ſub Aegypto. Signatur in ea urbs Autolalæ, ubi ſol ſemel in anno fit ſupra uerticem in æſtiuo tropico. Et rurſum ſignantur undecim urbes, in quibus ſol bis in anno fit ſupra uerticem capitis. Earũ nomina ſunt, Iarzitha, Thamondocana, Gira, Garama, Napata, Meroẽ. Ptolemais ferarum, Adulis, Dire, Moſylum & Aromata.

ASIAE TABVLAE SVNT *duodecim, regiones quadraginta quatuor, ciuitates centum & nonaginta.*

Tabula prima Aſiæ continet Pontum & Bithyniam, Aſiam minorem, Lyciam, Galatiam, Pamphiliam, Cappadociam, Ciliciam & Armeniam minorem.

Secunda Aſiæ tabula continet Sarmatiam, Aſiaticam.

Tertia Aſiæ tabula continet Colchidem, Iberiam, Albaniã & Armeniam maiorem.

Quarta Aſiæ tabula habet Cyprum & Syriam, Iudæam atq; ambas Arabias, Petream ſcilicet & deſertam, Meſopotamiam & Babyloniam.

Quinta Aſiæ tabula includit Aſſyriã, Suſianam, Mediã, Perſidem, Pathiam & Carmaniam deſertam.

Sexta Aſiæ tabula habet Arabiam felicem, atque Carmaniam cum adiacentibus inſulis.

Septimę Aſię tabulę inſunt Hyrcania, Margiana, Bactriana, Sogdiana, Sacarum regio & Scythia intra Imaum montem.

Octaua Aſiæ tabula cõtinet Scythiam extra Imaum montem & Sericam.

Nona Aſię tabula habet Ariam, Paropaniſadas, Drangianam, Arachoſiam & Gedroſiam.

Decima Aſiæ tabula continet Indiam intra Gangem flu. cum adiacentibus ſibi inſulis.

Vndecima Aſię tabula habet Indiã extra Gangem & Sinas.

Duodecima & ultima Aſiæ tabula cõtinet Taprobanam inſulam cum cæteris inſulis circa ipſam.

HAEC

SVNT COGNITAE ORbis *prouinciæ ſeu præfecturæ.*

EVROPAE PRIMA TABVLA.

HYbernia inſula Britãnica
Albion inſula Britãnica.

Tabula ſecunda

Hiſpania Bætica
Hiſpania Luſitania
Hiſpania Tarraconenſis.

Tabula tertia

Gallia Aquitania
Gallia Lugdunenſis
Gallia Belgica
Celtogallatia Narbonenſis.

Quarta tabula

Germania magna.

Quinta tabula

Rhetia & Vindelicia
Noricum

Pannonia ſuperior
Pannonia inferior
Illyris
Liburnia
Dalmatia
Tabula ſexta
Italia
Cyrnos inſula
Tabula ſeptima
Sardinia
Sicilia inſula
Tabula octaua
Sarmatia in Europa
Taurica Cherſoneſus
Tabula nona
Iazyges Metanaſtæ
Dacia
Myſia ſuperior
Myſia inferior
Thracia
Cherſoneſus
Tabula decima
Macedonia
Epirus
Achaia
Peloponneſus
Europæ igitur prouinciæ 34.
Tabulæ 10.

APHRICAE
Tabula prima.

Mauritania Tingitana
Mauritania Cæſarienſis
Tabula ſecunda
Aphrica
Numidia
Tabula tertia
Cyrenaica, quæ & Pentapolis
Marmarica
Libya
Aegyptus
Thebais
Tabula quarta
Libya interior
Aethiopia ſub Aegypto
Aethiopia omnibus his auſtralior
Aphricæ prouinciæ 12.
Tabulæ 4.

ASIAE MAGNAE
Tabula prima.

Pontus
Bythinia
Quæ propriè Aſia dicitur in qua Phrygia, Lycia, Pamphilia, in qua Piſidia
Galatia, in qua Paphlagonia & Iſauria
Cappadocia
Armenia
Cilicia
Tabula ſecunda
Sarmatia Aſiatica
Tabula tertia
Colchis
Iberia
Albania
Armenia maior
Tabula quarta
Cyprus inſula
Syria
Phœnicia
Iudæa Paleſtina
Arabia Petrea
Arabia deſerta
Meſopotamia
Babylonia
Tabula quinta
Aſſyria
Suſiana
Media
Perſis
Parthia
Carmania deſerta
Hyrcania
Tabula ſexta
Arabia felix
Carmania
Tabula ſeptima
Margiana
Bactriana
Sogdiana
Sacæ
Scythia intra Imaum montem
Tabula octaua
Scythia extra Imaum montem
Serica

Tabula nona

Aria

Paropaniſadæ

Drangiana

Arachoſia

Gedroſia

Tabula decima

India intra Gangem

Tabula undecim

India extra Gangem

Sinarum regio

Tabula duodecima

Taprobane inſula

Sunt igitur Aſiæ prouinciæ quadraginta octo.

Omnes prouinciæ noſtræ habitabilis ſunt 94.

Quæcunq; igitur gentes ſubiacent Zodiaco, præterquã in Sphæra armillari, ijs ſol fit ſupra uerticẽ à Borea deſcendens ad auſtrum, aſcendensq; ſimiliter, & alijs quidem ſemel in anno, alijs uerò bis. Sunt autem omnes pariter qui ſub Zodiaco habitant ab occaſu ad ortum ſolis uſque nigri, coloribus Aethiopes, & præcipue qui ſub circulo æquinoctiali habitant, ij admodum nigreſcunt. Qui autem extra lineam perpendicularem Zodiaci degunt remiſſiores ſunt colore, & in albedinem tendunt, ſecundum diſtantiæ rationem, uſq; ad Sarmatas Hyperboreos. Eadem eſt ratio Zodiaci ab utraque parte æquinoctialis, & Boreã uerſus & Auſtrum, uſq; ad utroſq; polos.

ADDITIO.

Qvum autẽ dicitur Parallelus eius ad meridiem ſcriptus, rationem habet ad meridianum, quemadmodum in prima Europæ tabula quam undecim ad uiginti, de partibus loquitur tabulæ Parallelogramæ, quo pacto ſe habeat pars longitudinis ad partem latitudinis. Siquidem unaquæque pars paralleli per medium ipſius, pars eſt longitudinis, rationem habens ad meridianum, uel partem unam latitudinis quam undecim ad uiginti. Eodem etiam modo in reliquis parallelis unaquæq; longitudinis pars ad unamquamque latitudinis confertur partem, non tota tabulæ longitudo ad totam ipſius latitudinem. Hinç accidit ut in tabulis quibuſdam longitudo plus contineat quam latitudo, in nonnullis uerò latitudo plus longitudine. Hæc adnotauimus, ne ſpeculationi relinqueremus. Sed ut experientia certa ueritatem indagare poſſemus.

EX CLAVDII PTOLEMÆI LIBRIS GEOGRAPHIcis octo, totum orbem Agathus Dæmon Alexandrinus Mechanicus deliniauit.

Numerus & ordo parallelorum.	Eleuationes polares parallelorum		Arcus diurnus longioris diei, in gradibus & minutis.		Arcus diurnus in horis & minutis, &c.			Eleuationes polares parallelorum		Arcus diurnus longioris diei, in gradibus & minutis, &c.		Arcus diurnus in horis & minutis, &c.			Distinctio parallelorum horarum Ptolemæi.	
	G	m̃	G	m̃	H	m̃	secũd.	G	m̃	G	m̃	H	m̃	secũd.	H	m̃
1	4	10	183	40	12	14	40	4	15	183	46	12	15	4	12	15
2	8	25	187	28	12	29	52	8	30	187	32	12	30	8	12	30
3	12	30	191	22	12	44	48	12	35	191	18	12	45	12	12	45
4	16	15	194	56	12	59	44	16	30	195	0	13	0	0	13	0
5	20	15	198	44	13	14	56	20	20	198	48	13	15	12	13	15
6	23	50	202	30	13	30	0	23	55	202	35	13	30	20	13	30
7	27	10	206	12	13	44	48	27	15	206	18	13	45	12	13	45
8	30	20	209	58	13	59	52	30	25	210	4	14	0	16	14	0
9	33	15	213	38	14	14	32	33	20	213	46	14	15	4	14	15
10	36	0	217	26	14	29	44	36	5	217	32	14	30	8	14	30
11	38	35	211	14	14	44	56	38	40	221	20	14	45	20	14	45
12	40	55	214	56	14	59	44	41	0	225	10	15	0	40	15	0
13	43	0	228	40	15	14	40	43	5	228	48	15	15	12	15	15
14	45	0	232	26	15	29	44	45	5	132	36	15	30	24	15	30
15	48	30	239	52	15	59	28	48	35	240	2	16	0	8	16	0
16	51	30	247	24	16	29	36	51	35	247	38	16	30	32	16	30
17	54	0	254	54	16	59	36	54	5	255	10	17	0	40	17	0
18	56	10	262	26	17	29	44	56	15	262	44	17	30	56	17	30
19	58	0	269	58	17	59	52	58	5	270	20	18	1	20	18	0
20	60	55	285	10	19	0	40	61	0	285	40	19	2	40	19	0
21	62	55	299	32	19	58	8	63	0	300	14	20	0	56	20	0

Maxima Solis declinatio 23. 50. Ptolemæi tempore.

REGIONVM, CIVITATVM *aut quorumcunq; locorum diſtantiam arithmeticè dimetiri.*

Primum documentum.

COgnitis ex tabulis Ptolemęi amborum lõgitudine & latitudine locorum, animaduerte, an lõgitudine tantũ, aut latitudine tantũ, aut lõgitudine & latitudine ſimul diſcrepent, ſiquidem aliquo iſtorum modorum ea diſferre certum eſt. Si itaq; latitudine tantum differunt, hoc eſt, ſi unus eorum ſit altero aquilonior, ſub uno tamen meridiano locentur, hoc pacto diſtãtiam eorũ dignoſces. Subducta minore eorum latitudine à maiori, reſiduabis earum differentiam. Quã ſi per 15. multiplicaueris, miliaria Germanica communia producentùr. Eandem uerò ducendo in 12. Sueuica quoq; miliaria ſe oſterunt. At ſi tãdem Italica miliaria te delectant, eandem differẽtiam ſexagenario numero multiplicando, ea cognoſces. At ſi dictæ differentiæ latitudinum gradibus minuta aliqua adhæſerint, ea per 4. partire, & exibit numerus miliariorum Germanicorum prioribus addẽdorum. Quo habito, facilè erit reliqua miliaria, Sueuica uidelicet, uel Italica horum reſpectu dinumerare. Hæc cum facilima uideantur, exemplari calculo ſuperſedendum duco.

Longitudo eſt diſtantia circuli meridiani ab occidente, id eſt, ab inſulis Fortunatis in occidentali oceano ſitis, ubi Ptolemæus initium ſtatuit longitudinis terreni orbis, ſicut in orbe cœleſti aſtronomi ſecũdum longum numerare incipiunt ab initio arietis. Latitudo autem eſt diſtantia puncti uerticalis ab æquatore, quæ ſemper æqualis eſt eleuationi poli ſupra orizontem, id quod facilè imaginari poteris, ſi uel polum uel æquatorem loco puncti uerticalis ſtatueris.

DISTANTIAM DVORVM *locorum longitudine tantum differentiam explorare.*

Secundum documentum.

VOlens talium duorũ locorum diſtantiam ſcire, conſidera eorum latitudinem, quę ſi 18. graduum metam non excedit, hoc eſt, quod nuſquam latius ab æquatore deuiet, pari ferè lege, ut cum differẽtia latitudinũ ſupra operatus es, & hic cum lõgitudinum differentia, eadem multiplicando per 15. 12. uel 60. cuiuſuis etiam generis miliaria dignoſces. Sed ſi horum locorum latitudo dictũ 18. graduum limitem exceſſerit. opus erit, differentiã longitudinũ eorũdem, per ſubtractionem minoris à maiori cognitam, in gradus æquinoctialis cõuertere, ratione parallelorum ab æquatore euagantium id exigente. Cuius rei gratia tabulã ſequẽtem, Conuerſionum uidelicet graduũ Longitudinum in gradus æquinoctialis inſitulatã, huic loco adaptãdam duxi, quam æquè breuitati atq; commoditati cõſulendo, charactere A inſignitã, eoq; nomine ſæpiuſcule appellãdã uiſum fuit. Rem igitur iteraturus, longitudinũ differentiam, uia iam dicta cognitã, in gradus æquinoctialis cõuerte, hoc pacto: Latitudinẽ ambobus locis cõmunẽ in prima uerſus ſiniſtrã linea huius tabulæ A quære, & minuta æquinoctialis è directo ſub ſuis titulis apparẽtia extra ſcribe, ſecunda eadẽ cõcomitantiã pro integro minuto aſſumendo, ſi alicuius momenti fore cõijcere potes, uel miſſa faciẽdo ſi exiguus eorũ numerus uideatur puta notabiliter citra uel ultra medietatẽ unius minuti uel duarũ tertiarũ, &c. Quibus habitis, differẽtiã lõgitudinũ ſupra habitã per eadẽ multiplica, & productũ per 60. partire, & exibũt gradus æquinoctialis quæſiti. Quos ſi per 15. aut 60. multiplicaueris, miliaria Germanica communia, Sueuica, aut Italica conflabis, prout in ſuperiori dogmate didiciſti. Sed exemplari calculo hæc clariora fiant Sunt idcirco duo loca, A & B, ſub latitudine 50. grad Quarũ A habet longitudinẽ 30. grad. B uerò 39. grad. et 15. m̃. Harũ differentiã per ſubtractionẽ minoris à maiori, elicio grad. 9. minut.

minut.13.quam duco in 38.m̃.ẽdirecto
50. grad latitudinis occurrentia, nõ cu-
rando de ſecundis eis adiacentibus, uti
nullius momenti exiſtẽtibus & produ-
co minuta 342. Et quia ſub ea latitudi-
ne uni gradui latitudinis correſpõdent
min. 38. æquinoctialis, ut ſit tertia ferè
pars ablata, demo & tertiã partem à di-
ctis 15. minutis differentiæ longitudina-
li adhærẽtibus, & relinquũtur mihi 10.
m̃. quæ priori ſummæ addendo, colligo
352. m̃. quæ rurſus per 60. diuiſa, grad.
5. m̃. 52. æquinoctialis mihi exhibent.
Duco itaq; grad. 5. in 15. & produco mi-
liaria Germanica cõmunia 75. Minuta
quoq; 52. diuido per 4. & exeunt milia-
ria 13. quæ ſuperioribus accumulando,
conflabo 88. eiuſdem generis miliaria,
diſtantiam uidelicet iamdudũ quæſitã.
Cætera facilia ſunt ex præcedentibus.

DISTANTIAM DVORVM LO-
*corum longitudine & latitudine ſimul
diſcrepantium arithmetica ſup-
putatione addiſcere.*

SI duo quælibet loca longitudine &
latitudine differẽtia, parũ ab æqua-
tore, puta 12. uel ſaltem citra 18. grad.
deuiauerint, differẽtiam lõgitudinum,
ut ſupra, inſuper latitudinum elice.
Quibus habitis, utriuſq; numerũ qua-
dratũ ex tabula B. iuxta titulorũ indi-
cia ſume, quibus in unam ſummã coa-
ceruatis, totius aggregati ex eadem ta-
bula modo cõuerſo ſcrutare radicem.
Quam multiplicando per 15. aut 12. uel
60. Germanica miliaria cõmunia, Sue-
uica, uel Italica ſingulis horũ ductuũ
numeris debita experieris. Quòd ſi
duo quæuis loca longitudine & latitu-
dine diſcrepantia, ampliori ab inuicem
q̃ 18. grad. latitudine, puta 20.30.40.
uel amplius diſtiterint, & ita lõgitudo
Septentrionalioris loci ſit auctior me-
ridiano, opus erit latitudine quadã ſi-
mul iunctarũ medietate, quam hoc lo-
co Latitudinẽ mediam uoco, cuius ope
ex tabula A, minuta æquinoctialis, eo
modo, quo in præcedenti cum commu-
ni locorum amborum latitudine ope-
ratus es, elicias, ac differentiam longitu-
dinum modo ſupradicto addiſcẽdam,
per eadẽ multiplicãdo, in gradus æqui-
noctialis cõuertas, ut ibidem didiciſti.
Horum deinde graduum ex tabula B,
quadratum numerum inquire. Simili-
ter & differentiæ longitudinum ex ea-
dem elice numerum quadratum. Quo-
rum duorum quadratorũ inuicem col-
lectorum ſummæ quære radicem qua-
dratam ex eadem tabula, iuxta doctri-
nam paulò ante traditã. Quã radicem
per 15. 12. uel 60. ut ſupra dictũ eſt mul-
tiplica, & optato apprime potieris.
Exemplari calculo cautiorẽ te reddã.
Sint duo loca A & B, quarum A ha-
beat longitudinem 20. grad. Latitudi-
nem uerò grad. 55. B uerò habeat lon-
gitudinem 10. grad. Latitudinem uerò
gradus 43. Differentia longitudinum
eſt 10. grad Latitudinum uerò 12. Am-
bas igitur horũ locorum latitudines ſi-
mul iungo, & colligo grad. 98. quorũ
medietas eſt grad. 49. Latitudo uideli-
cet media, quam quæro in prima uer-
ſus ſiniſtrã linea tabulæ A ſub titulo,
Grad. latit. & è directo huius ſub debi-
tis titulis 39. minut. æquinoctialis ob-
uiãtia extra ſcribo, ſecũda 22. ibidẽ con-
currẽtia, ob eorũ exiguitatem miſſa fa-
ciendo. Eadẽ minuta duco in 10. grad.
differentiæ longitudinũ, & producun-
tur m̃. 390. quæ partior in 60. & exeũt
grad. 6. min. 30. æquinoctialis. Quo-
rum numerum, quadratum in tabula
B. inuenio gradus 42. ferè. Similiter
differentiæ latitudinum quadratum nu-
merũ ex eadem tabula elicio 144. Hos
duos numeros quadratos ſimul iun-
gam, & colligo 186. ferè. Cuius radi-
cem quadratã inuenio gradus 13. quos
duco in 15. & conſequor 195. miliaria
Germanica communia. Vel eoſdem in
12. duco, & elicio Sueuica miliaria 156.
At miliaria poſtremum Italica extor-
queo 780, ſi ſexagenario ductu rem
proſecutus fuero. Hæc uera ſunt, cum
longitudinum aut latitudinum gradi-
bus nullæ fractiones adiacent.

Verũ ſi minuta quæuis his adhæſerint, opus erit his ſequētibus cautelis. Cum in utraq; differentia habes æquales minutorũ ſummulas, puta utrinq; 20. 30. uel amplius, cuiuslibet earundem ſummularum quadratum numerũ in rabula B. quære, & amborum numerorum quadratorũ in unam ſummã collectorum, radicem quadratam econuerſo in dicta tabula inueſtiga, quam per 4. partire, & exibunt miliaria prioribus eiuſdem generis addenda, & habebis optatum propè uerũ. Nec poteris ultra tertiam unius gradus partē errare. Et hoc tum, quando uidelicet gradus longitudinem 50. aut 55. minuta, uel quotlibet cōcomitantur, & gradibus latitudinũ nulla adhæreant, uel econtra. Si tamen curioſè magis q̃ utiliter ſingula quæq; minuta examuſſim explorare ſatagis, hoc pacto operare. Gradus differentiæ longitudinũ in minuta reſolue, minutaq; eiſdē adhærentia producto illi adde, & aggregatũ duc in ſe, & quadratũ inde productũ ſerua. Eodē modo cum gradibus & minutis differētiæ latitudinum age, numerũ uidelicet quadratum inueſtigãdo. Hos deinde duos quadratorum numeros inuicē iunge, & quod inde cōflatum fuerit, per 60. partire & prodibũt minuta, quæ ſi rurſus eodem ſexagenario partitus fueris, emerget numerus graduum qui ex ductu differentiæ longitudinum in illam longitudinem producuntur. Cuius radix propoſitum rite abſoluet.

Et quia nonnũquam numerus quadratus, uel ſumma, cuius radicem, uel econtra radix cuius quadratum numerum quęrere iubemur, in rabula non eſt expreſſa, operæprecium duxi cautiunculam huic negocio cōgruam aſſignare. Cum igitur radicem quęſiturus, numerum tuum propoſitum in tabula minimè reperis, proximi minoris ibidem apparentis radicem cape, differentiãq; lateralem duorum numerorũ, quorum unus à numero tuo propoſito exceditur, alter uerò eundē excedit, extra ſcribe, & ſerua. Deinde ſubtrahe numerũ tuũ à proximo maiori, & reſiduũ cōfer ad differentiam lateralem ſupra ſeruatam, & ſecũdum proportionem huius ad illam adde minuta radici inuentę, & habebis radicē optatam. Sit exempli cauſa propoſitus mihi numerus, cuius radicem quadratã inueſtigare iubeor 1333. quem cum in tabula minimè apparere animaduerto, accipio 36. radicem proximè minoris numeri ibidem apparentis, ſcilicet 1296. cuius & proximè maioris differentiam lateralem 73. extra ſcribendo ſeruo, atq; deinde numerum meum propoſitũ à proximo maiori demo, & reſiduum 36, uidelicet ad differentiam lateralem ſupra ſeruatam confero: qui cum duplus ferè ad illam exiſtit, medietatem igitur gradus integri 30. ſcilicet minuta, radici prius nactæ adijcio, & colligo grad. 38. minut. 30. quod fuit propoſitum.

Quòd ſi demum tabulam hanc ampliare libuerit, ut res poſtulat, id facile efficies, ſi binariũ numerũ ultimæ laterali differentiæ ſemper accumulas, & erit differentia lateralis immediate ſequens, quę ſi numero quadrato immediatæ præcedēti addicitur numerum iure proximè ſequētem locum obtenturum conflabis, & ſic ad libitũ ultra uel ad finitum uſq; procedere licebit.

extra equinoctialem in gradus equinoctialis.

Gradus latit.	Miñ. æquat.	Secunda.		Gradus latit.	Miñ. æquat.	Secunda.	
1	59	59		46	41	41	
2	59	58		47	40	56	
3	59	55		48	40	9	Parallel. 15.
4	59	51	Parallel. 1.	49	39	22	min. 30.
5	59	46	min. 15.	50	38	34	
6	59	40		51	37	46	Parallel. 16.
7	59	34		52	36	56	min. 30.
8	59	25	Parallel. 2.	53	36	7	
9	59	16	min. 15.	54	35	16	Parallel. 17.
10	59	5		55	34	25	
11	58	54		56	33	33	Parallel. 18.
12	58	41	Parallel. 3.	57	32	41	
13	58	28	min. 30.	58	31	48	Parallel. 19.
14	58	13		59	30	54	
15	57	57		60	30	0	
16	57	41	Parallel. 4.	61	29	5	Parallel. 20.
17	57	23	min. 25.	62	28	10	
18	57	4		63	27	15	Parallel. 21.
19	56	44		64	26	19	
20	56	23	Parallel. 5.	65	25	22	
21	56	2	min. 15.	66	24	24	
22	55	38		67	23	27	
23	55	14	Parallel. 6.	68	22	29	
24	54	49	min. 50.	69	21	30	
25	54	23		70	20	31	
26	53	56		71	19	33	
27	53	30	Parallel. 7.	72	18	32	
28	52	59	min. 40.	73	17	33	
29	52	29		74	16	32	
30	51	58	Parallel. 8.	75	15	32	
32	50	26	min. 20.	76	14	31	
32	50	53		77	13	30	
33	49	19	Parallel. 9.	78	12	28	
34	49	45	min. 20.	79	11	27	
35	49	9		80	10	25	
36	48	32	Parallel. 10.	81	9	23	
37	47	55		82	8	22	
38	47	17	Parallel. 11.	83	7	19	
39	46	39	min. 35.	84	6	16	
40	45	58	Parallel. 12.	85	5	17	
41	45	17	min. 55.	86	4	11	
42	44	35		87	3	8	
43	43	53	Parallel. 13.	88	2	6	
44	43	10	min. 5.	89	2	3	
45	42	25	Parallel. 14.	90	0	0	


TABVLA AD EVITANDVM LA-
boris extractionis Radicum quadratarum.

Radix.	Numerus quadratus.	different.	Radix.	Numerus quadratus.	different.	Radix.	Numerus quadratus.	different.
2	4	5	35	1125	71	68	4624	137
3	9	7	36	1296	73	69	4761	139
4	16	9	37	1369	75	70	4900	141
5	25	11	38	1444	77	71	5041	143
6	36	13	39	1521	79	72	5184	145
7	49	15	40	1600	81	73	5329	147
8	64	17	41	1681	83	74	5476	149
9	81	19	42	1764	85	75	5625	151
10	100	21	43	1840	87	76	5776	153
11	121	23	44	1936	89	77	5919	155
12	144	25	45	2015	91	78	6084	157
13	169	27	46	2116	93	79	6241	159
14	196	29	47	2209	95	80	6400	161
15	215	31	48	2304	97	81	6561	163
16	256	33	49	2401	99	82	6714	165
17	289	35	50	2500	101	83	6889	167
18	324	37	51	2601	103	84	7056	169
19	361	39	52	2704	105	85	7215	171
20	400	4c	53	2809	107	86	7396	173
21	441	43	54	3916	109	87	7569	175
22	484	45	55	3025	111	88	7744	177
23	529	47	56	3136	113	89	7921	179
24	576	49	57	3249	115	90	8100	181
25	625	51	58	3364	117	91	8281	183
26	676	53	59	3481	119	92	8464	185
27	729	55	60	3600	121	93	8649	187
28	784	57	61	3721	113	94	8836	189
29	841	59	62	3844	125	95	9025	191
30	900	61	63	3969	127	96	9216	193
31	961	63	64	4096	129	97	9409	195
32	1024	65	65	4225	131	98	9604	197
33	1089	67	66	4356	133	99	9801	199
34	1156	69	67	4489	135	100	10000	201

DISTANTIAM DVORVM LOCORVM, QVO-
cunq; modo differentium, geometricè dimetiri.

QVære ex Ptolemæo duorum locorũ, quorũ diſtantiam ſcire cupis, longitudinem & latitudinem. Latitudinẽ utriuſq; loci ſeorſum ſerua. Longitudinẽ uerò minorem ſubtrahe à maiori, & differentiã relictam diuide in duas æquas partes. Quo facto ingredere cum unius loci latitudine & medietate differentiæ partẽ dextram inſtrumenti infra delineati, & in cõmuni earum concurſu fac notam imaginariam. Haud ſecus cũ altera latitudine & medietate differẽtiæ ages in ſiniſtra in-

Continet tabula iſta Brabantiam cuius termini ſunt ab oriente Moſa fluuius, ab occidente Scalda fluuius & Hannonia; Holandia à ſeptent. & comitatus Namurci à meridie. Inter Rhenum & Moſam comprehenduntur ducatus Cleuenſis, ducatus Geldriæ, ducatus Iuliacēſis & ducatus Limpurgenſis. Ducatus Limpurgēſis ab Henricis imperatoribus erectus cito defecit, additusq́; eſt ducatui Geldriæ. Anno uero milleſimo ducenteſimo nonageſimotertio captus dux Geldriæ in bello à duce Brabantiæ, pro ſui liberatione magnam partem de ducatu Limpurgenſi dedit duci Brabantiæ. Comitatus Geldriꝑ initium ſumpſit anno ſalutis 935. Poſtea anno Chriſti 1329. factus eſt ducatus per imperatorem Ludouicum. Quo anno & comitatus Iuliacenſis dicitur factus marchionatus, ac deinde poſt triginta annos, erectus ad ducatum. Ducatus uero Bergēſis ſeu Montenſis primum fuit comitatus, ac deinde factus eſt marchionatus per Carolum quartum, cuius filius Ventzeslaus paulo poſt marchionatum ſublimauit in ducatum. Metropolis illius ducatus dicitur eſſe Deuſelperg, è regione Geldriæ ſitum habens. Dominium Cleuenſe in concilio Conſtantienſi, anno ſcilicet Chriſti 1417. ſurrexit in ducatum. Ducatus Brabantię ſucceſſiue multos & uarios habuit dominos. Ab initio fuit ſub duce Lotharingiæ. Deinde anno Chriſti 1106. Henricus quintus tradidit illum dominis de Louanio. Et cum illorum poſteritas quoq; deficeret, rurſum peruenit ad Lotharingios. Cumq́; dux Iohannes anno Chriſti 1355. ſine uirili ſemine decederet, filia eius Iohanna ducto marito Vuenceslao Bohemo, illoq́; mortuo, ducatui præfuit 22. annis, poſt cuius obitum, ſororis ſuæ nepos nempe Antonius, Philippi ducis Burgundiæ filius, propinquior hęres ſucceſſit in ducatu. Et cum is quoq; ſine uirili ſemine hinc migraret, fratris ſui Iohānis ducis Burgundiæ filius Philippus nomine, factus eſt dux Brabantiæ, anno ſcilicet 1434. Subiugauit & Holandiam atq; Selandiam dominio ſuo. Huic ſucceſſit Carolus filius eius Burgundiæ dux, cuius filiam Mariam Maximilianus imperator duxit uxorem, factusq́; eſt per eam dux Burgundiæ, dux Brabantiæ, comes Holandię & Selandię, &c.

Locorum quorundam huius tabulę interpretatio.

Colonia agrippina	*Cöln*	Traiectum ſuperius	*Maſtrich*
Aquiſgranum	*Ach*	Traiectum inferius	*vtrecht*
Iuliacum	*Gülch*	Mechlinia	*Mechel*
Leodium	*Lutich*	Antuuerpia	*Antorff Antwerp*
Hannonia	*Hennengöw*	Louanium	*Löuen*
Nouiomagum	*Newmegen*	Bruxella	*Brüſſel*
Tongari	*Tongeren*		

BRABANTIA III· RHENI



I ET X. NOVA TABVLA



NIGRAE SEV MARTIANAE SYLVAE TABVLA, QVAE IN BRISgoiam uſque extenditur.

HAbet autem Briſgoia uocabulum à Briſaco metropoli, tametſi temporis ſucceſſu Friburgum ſuperauerit Briſacum in magnificentia & diuitijs. Fuit hoc Friburgū circa annum Chriſti 1100. ex uilla in ciuitatem mutatum, habuitq́ proprium comitem, ſed cum non conueniret inter illum & Friburgenſes, anno Chriſti 1367. ciues ſeſe redemerunt ab eo, ſuppeditante duce Auſtriæ pecuniam, cuius dominio ſeſe ſubiecerunt. Conditores oppidi fuerunt duces Zęringeñ. & horum primus uocatus fuit Bertholdus, cui ſucceſſit frater eius Cōradus, & hic habuit filium Bertholdum nomine, qui anno Chriſti 1178. condidit Friburgū in Oecbtlādia. Huic ſucceſſit Bertholdus filius, qui ex filia comitis à Kiburg duos ſuſtulit filios, ſed quos nobiles ueneno ſuſtulerunt. Cumq́ ex genealogia illa non ſupereſſet niſi Bertholdi ſoror, quam habuit Egon comes à Furſtenberg uxorem, obuenit illi hæreditatis iure Friburgum. Cumq́ inter comitem illum & Friburgenſes non conueniret, ut iam diximus, Friburgenſes tradita comiti magna pecunia, elegerunt duces Auſtriæ pro dominis.

Anno Salutis 1450. Albertus dux Auſtriæ fundauit Academiam Friburgenſem. Eſt parua regio Briſgoia, ſed ſupra modum fertilis in uino & frumento. Vinum in multis locis eſt tam nobile ut Alſaticum.

NIGRA SYLVA ab obſcuris abiegnis arboribus, quibus hęc regio abundat, habet denominationem, fuitq́ olim pars Herciniæ ſyluæ. Terra eſt ualde montoſa, aſpera & frigida, & propterea multis in locis inculta, niſi quod ex abietibus plurimum paſſim colligitur picis ac reſinæ, unde quidam uictum ſibi parant. Habent etiam habitatores plurima pecora, ex quibus plurimū colligunt lactis, butyri & caſeorum. Sunt alij qui adminiculo amnium ex montibus illis proruentium, proceras arbores ædificijs aptas educunt, Rhenenſibusq́ ciuitatibus aduehunt, & non paruum emolumentum per annum hinc corradunt. Amnes inſigniores ex montibus illis profluentes ſunt, Kintzig, Murg, Neccarus & Danubius. Oritur autem Danubius non ex mōte aliquo magno, ſed ex terra plana, abſuntq́ montes ferè per miliare unum germanicum, niſi quod fons eius à tergo habet iugum paruum, altitudine decem aut duodecim cubitorum, quo pars illa terræ reliqua planicie eminentior eſt. Et eſt ſcaturigo illa non parua, ſed tanta ut illico rotas molares ſuo impetu circumducat. Nam oritur fluuius iſte, toto orbe celebris, in uilla quadam, quæ ab ipſo denominatur Don Eſchingen. Vocant enim Germani Danubium Donaw. Accurrentibus autem undiq́ ex montium conuallibus torrentibus, creſcit illico Danubius, ut poſt dimidiū miliare à ſua origine, uix poſſis equo illum traijcere, ubi & tam latus eſt ut uir lapidis iactu uix utramq́ ripam comprehendere queat, id quod ego Munſterus in Neidingen experimento didici. Sed reuertar ad Nigram ſyluam. Hæc in locis planioribus habet infinita oppida, inter quæ inſigniora ſunt Rotwyla, Villingen, Horba, Wolfach, Waldkirch &c. Habet & quàm plurimas arces, præſertim Fürſtenberg, Zimbern, Wartenberg, Schiltach &c. Habet monaſteria multa, S. Blaſium, Hirſow, Herrē Alb, S. Georgium, S. Petrum, Alpersbach &c. Imperant Nigræ Syluæ Marchio Badenſis, Dux Auſtriæ, Dux Wirtenbergenſis, Comes à Fürſtenberg & alij quidam Comites.

NIGRA SYLVA X



XI·NOVA TABVLA



SVEVIA ET BAVARIA

Nulla natio in Germania tam diu retinuit nomen ſuum ut Sueui, quippe qui longe fuerũt ante Saxones, Francones & Bauaros. Patuit etiam Sueuia olim latiſſime, ut comprehenderit Briſgoiam, Nigram ſyluam, Hegoiam, Eregoiam uſq; Tigurũ, lacum Podamicum, Algoiam, Lechgoiam, Vindeliciam, Vuirtenbergum, Kreichgoiam, Marcam Badenſem & Rhetiam quæ eſt circa Norlingen. Eſt autem Regio ipſa partim plana & partim montuoſa, & ſatis fertilis, in pleriſq; etiam locis, potiſſimum iuxta Neccarum fluuium, uinum proferens. Nihil eſt in ea ocioſum, niſi quod paludes & ſyluæ occupant. Habet autem multas ſyluas & frequẽtem uenationem, abundat & pecoribus, præſertim in Nigra ſylua. Sunt in ea plurima oppida, uillę & uici, ſed & arces, natura & arte munitæ, præſertim in Hegoia ſunt arces quales in uniuerſa Germania non inueniuntur, in iam editiſſimis & præcipitibus ſitæ montibus, quæ ueluti propugnacula ſunt totius Sueuiæ. In Sueuia oritur celeberrimus totius Europæ fluuius, Danubius, cuius ſontem diligenter in hac ſignaui tabula. Habuit Sueuorum natio à Caroli magni temporibus proprium ducẽ. De hoc enim Carolo legimus, quod duxerit uxorem filiam Gotfridi ducis Sueuorum, manſitq; aliquandiu ducatus apud poſteritatẽ eius. Poſtea uarij generis habuit duces, ex quibus Hermannus anno Chriſti 948. dedit unicam filiam ſuam Ludolpho Ottonis primi imperatoris filio. Et cũ Ludolphus iſte abſq; hærede hinc migraret, habuit Sueuię ducatus ſucceſſiue multos & uarios dominos, nempe Ottonem à Suuinfurd, Rudolphum à Rinfelden, Bertholdum à Zeringen. Pulſo Bertholdo Imperator Hẽricus quartus tradidit ducatum genero ſuo Friderico à Stauffen. Hic Fridericus duos habuit filios, Conradum, qui factus eſt Romanorum rex, & Fridericum qui patri in ducatu ſucceſſit. Fridericus duos habuit filios, Conradum qui factus eſt Comes Palatinus, & Fridericũ qui factus eſt imperator & retinuit quoq; ducatum. Hic fuit Fridericus primus, cognominatus Barbaroſſa, & habuit filium Henricũ ſucceſſorẽ in imperio & ducatu, & hic ducẽs uxorẽ filiã regis Siciliæ, factus eſt per eam rex utriuſq; Siciliæ. Cui ſucceſſit filius eius imperator Fridericus ſecũdus, rex Siciliæ & Sueuiæ. Is autẽ reliquit duos filios, Cõradum & Henricũ. Cõradus electus in Romanorum regem genuit Cõradinum. Alij uero dicunt Cõradinum fuiſſe Henrici filium, fuitq; is Cõradinus ultimus Sueuię dux & legitimus hęres utriuſq; Sicilię. Cumq; in Italiã proficiſceretur, ut auitum Sicilię regnum poſſideret, nullas inſidias ſuſpicatus, ſubito captus & contemptim circunductus, tandemq; innocenter occiſus eſt à Carolo duce fratre regis Frãciæ, cui ut ſcribũt Ro. pontifex pręter omnẽ ęquitatẽ tradiderat Sicilię regnũ, factus innocentis ſanguinis traditor. Cõtigerunt autẽ hæc anno Chriſti 1267. Quo tempore defecit nobilis ducatus Sueuię, nec dux aliquis in ea regione cum titulo iſto ſurrexit, quanquã Rudolphus ab Habſpurg & quidã filiorum eius conati fuerint ſib uſurpare hunc titulum, ſed quem diu retinere nequiuerunt. Abolito itaq; ducatu Sueuię, comites à Vuirtenberg prę cęteris comitibus quorum plures fuerunt in Sueuia, inualuerunt & plurima loca ex ducatu acquiſierunt, donec tandẽ noſtro ęuo Comes Eberhardus ſublimatus eſt in ducẽ Vuirtenbergẽſem & Teckenſem à Cęſare Maximiliano in comitijs Vuormacienſibus anno Chriſti 1495.

B A V A R I A.

Hęc regio olim Noricũ & deinde Baioaria fuit appellata, extenditurq; in Auſtrũ uſq; ad Alpes, ab occaſu uero terminatur ad Licum fluuiũ, & à ſeptentrione ad Danubiũ & nonnihil ultra, ad Bohemicã ſcilicet uſq; ſyluam. Profert ea regio magnã copiã frumenti, uinum uero in paucis creſcit locis. Abundat ſalis fontibus, unde magnum colligitur ab incolis emolumentũ. In Norico iuxta ſyluam Bohemicam fre-

SVEVIA ET BAVARI



...IA XII NOVA TABVLA



quentes ſunt ferri mineræ & iuxta Atheſim in loco qui uocatur Schwatz uberrimę ſunt argentifodinæ, ex quibus annuatim ingens uis eruitur argenti. Irrigatur terra ipſa plurimis piſcoſis amnibus, qui omnes in Danubiū exonerantur, augentq́; illum mirum in modum. Habuit præterea Bauaria à multo tempore proprium ducem, qui & tempore Ottonis imperatoris tertij numeratus eſt inter quatuor duces imperij. Colligitur etiam ex hiſtorijs Bauariam ante Chriſtum natum & aliquandiu poſt eius natiuitatem habuiſſe regem, ſicut Iulius Cæſar ſcribit, Ariouiſtum Alemannorū regem uxorem duxiſſe, ſororem regis Norici. Inuenitur quoq; Garibaldum regem Bauariæ tradidiſſe filiam ſuam Theodelindam in coniugem regi Lombardiæ. Poſtea anno Chriſti 612. fuit Teudo dux in Bauaria, & hic baptiſatus eſt à ſancto Ruperto epiſcopo Vuormacienſi, qui & poſtea epiſcopus fuit Salizburgenſis. Trāſactis deinde aliquot annis, ducatus Bauariæ peruenit ad Caroli magni poſteros, qui præfuerunt Bauariæ uſq; ad imperatorem Arnolphum. qui anno Chriſti 889. extruxit in Bauaria inter Monacum & Ingolſtadium burgum nomine Schiern, cui præfecit Comitem palatinum. Ab iſto Arnolfo & poſteris eius peruenit ducatus Bauariæ mediante muliebri prole ad duces Saxoniæ. Alij aſſerunt Ottonem imperatorem anno Chriſti 747. ducatū Bauarię tradidiſſe fratri ſuo Henrico Saxoni, qui auus fuit ſancti Hērici imperatoris. Cumq; ſanctus iſte Henricus ſine hærede decederet, contendebant comites à Schyern pro ducatu Bauarię, uerum nihil efficere potuerunt, cum ducatus fluctuaret iam ſub Saxonibus, iam ſub Marchionibus Auſtrię, & iam ſub Vuelpis Sueuiæ uſq; ad annum Chriſti 1156. Quo tempore imperator Fridericus dedit hunc ducatum Henrico duci Saxonum, ſublimauitq́; Marchionem Auſtriæ in ducē, adijciens prouinciæ eius aliquot comitatus ex ducatu Bauariæ. Poſtea anno Chriſti 1180. rurſum excluſit imperator hunc Henricum ob ſuperbiam eius ab utroq; ducatu, factusq́; eſt Otto comes à Schyern & comes Palatinus à Vuitelſpach dux Bauariæ, & ab illo deſcenderunt omnes duces Bauariæ & Palatini Rheni, qui ab eo tempore uſq; nunc nati ſunt. Iſte Otto genuit Ludouicum, Ludouicus alium genuit Ludouicum, & is duos habuit filios, nempe Rudolfum & Ludouicum: Rudolfo pater dedit Palatinatum Rheni & Ludouicū fecit ſucceſſorem in ducatu Bauariæ. A Rudolfo deſcenderunt moderni principes Palatini, ut in tabula Rheni tu: oſtendi. Porrò Ludouicus factus eſt imperator, & inter multos filios duo illi ſucceſſerunt in ducatu, Stephanus & Albertus. Albertus fixit ſedem in Straubingen, defecitq́; linea eius in filijs eius. Stephanus diuiſit in ſenectute ſua ducatum tribus filijs ſuis, nempe Stephano, Friderico & Ioanni. Stephani linea defecit in filijs eius. Fridericus uero, cui ſorte obuenerat Landsbuta, genuit Henricū, Henricus genuit Ludouicū, Ludouicus habuit unum filium, nempe Georgium, qui cognominatur dux diues à Landshut, & filiam Margaretam, quam duxit Philippus Palatinus. Et cum hic Georgius moreretur ſine liberis exortum eſt temporibus noſtris horrendū bellum Bauaricum. Porrò dux Ioannes à Monaco genuit Erneſtum, Erneſtus genuit Albertum, Albertus genuit alium Albertum aliosq́; filios, Albertus genuit Vuilhelmum & Ludouicum qui iſto tempore Bauariæ præſunt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EM.

FRANCONIA

Hæc & Francia orientalis appellatur, babetq́ id nominis à Franco Sicambrorum duce, à quo Galliæ quædam pars Francia nuncupata putatur. Cum enim circa annum Chriſti 326. implacabile diſſidium eſſet natum inter Thuringos & Sueuos, uocatus à Thuringis Genebaldus dux Francorum, eorum ſcilicet qui tunc iuxta oſtia Rheni habitabant, ut ipſis contra Sueuos auxiliũ ferret, uenit cum magna Francorum multitudine, datusq́ eſt eis locus inter Thuringos & Sueuos, qui ueluti murus ſolidiſſimus hos ab illis diremerunt, ſuſtuleruntq́ diſſidiũ. Duci Genebaldo ſucceſſit Dagobertus, & tertius aut quartus ab illo fuit Gosbertus, ſub quo ſanctus Kylianus cõuertit Frãcones ad fidem Chriſti. Vltimus dux fuit Hetanus, in cuius defuncti locum Pipinus rex ſubſtituit ſanctum Burchardum epiſcopum Herbipolenſem, eidem & omnibus eius ſucceſſoribus tradens ducatũ Frãconię, anno ſcilicet ſalutis 752. qui & in hunc uſq́ diẽ ducatui & epiſcopatui præſunt. Eſt autẽ ferè tota Franconiæ regio fertilis, triticum & omne frumentũ legumenq́ in ea ſatum, multo cum fœnore cultoribus reſtituens. Profert & optimũ uinum, Alſatico nequaquam inferius. Terra ipſa pro magna parte plana eſt, paucos habens mõtes, ſed plurimos colles, præſertim iuxta Moganum flu. qui mediam perlabitur regionem, & iuxta Thuberum, qui apud Sueuos natus, irrigataq́ Frãconię extremitate, ruit in Moganũ. Syluas habet multas, & inter eas quaſdã inſignes, regionem ipſam quaſi propugnantes, ut ſunt Ottonica, Speshartica & Thuringica. Quidam annumerant & Bohemicam, à qua non procul oritur Moganus ex monte Fichtelberg, unde & alij tres profluunt amnes, Nabus, Sala & Egra. Habet Frãconia duas ciuitates epiſcopales, Herbipolim, quę & Peapolis & Marcopolis, & uulgo Vuirtzpurgum uocatur, et Babenbergam, quam uulgo Bambergã appellant. Herbipolẽſis epiſcopus dux eſt Frãconiæ, non totius ſed maioris partis, cum & epiſcopus Babenbergenſis magnam habeat ditionem in ea, præſertim in Voitlandia, & ſimiliter Marchio Brãdenburgenſis. In Babenbergenſi agro creſcit mellea illa radix, quã glycerhyſam uocant, effoditurq́ in tanta copia, ut ingentes currus ea onerati, in diuerſas abducãtur regiones. In confinio Franconiæ eſt ſita celeberrima Nurnbergę urbs in arenoſo ſolo, unde nihil ferè commoditatis haberi poteſt, niſi terra ipſa multo labore maceretur, paſtinetur & ſtercoretur. Hinc eſt quod huius urbis ciues omnes exercent artificia, aut negocijs intendunt, & diuitias quas ex ſterili terra eruere nequeunt, ex uarijs ingenioſisq́ artificijs multo felicius conquirunt. Anno Chriſti 911. ſub Conrado imperatore, uel, ut alij dicunt, anno 1140. ſub Henrico imperatore, erectus eſt Burggrauiatus Nurnbergenſis. Et cum circa annum Chriſti 1275. Burggrauiorum ſemen deficeret, rex Rudolfus, comes ab Habſpurg, ſororium ſuum Fridericum, comitem à Zollern, Burggrauiatui præfecit. Et huius quoq́ filius, nepos & pronepos comitatum illum poſſederunt. Cum autem ſub imperatore Sigiſmundo, Marca Brandenburgẽ. deſtitueretur uirili ſucceſſore, Burggrauius Nurnbergenſis, Fridericus nomine, obtinuit in concilio Conſtantienſi, anno ſcilicet Chriſti 1417. dictam Marcam, erogata magna pecunia quam Nurnbergenſes ſuppeditauerunt, quatenus ab illius iuriſdictione liberarentur. Sicq́ præter titulum Burggrauius nihil iuris ſibi in urbe retinuit, maiorem conſequutus ditionem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA. VITTORIO EMANUELE

FRANCONIA XII



II· NOVA TABVLA



POMERANIA

Ripa maris Pomerani natura eſt uallo ſolidiſſimo munita, ut nulla eius inundatio terræ nocere queat, ut in Phriſia & Holandia, ubi perpetuis aggeribus impetus eius eſt coërcēdus. Terminum ergo habet hæc terra à deo poſitum, quem mare prętergredi non ualet. Vocatur autem hoc mare Balthicum, quod in modum balthei longo tractu per Scythias regiones tendatur uſque in Græciam, ut Helmoldus Vuandalicarum rerum ſcriptor ſentit. Sed hoc eſſe nequit, cum mare illud non in Græciam porrigatur. Nām ex Ruſſia per longas ambages in Sueciam itinere pedeſtri perueniri poteſt, & ex Liuonia in Lithuaniam & rurſus in Poloniam ubi nullum mare eſt. Vbi eſt ergo baltheus in Græciam? Balticum itaq; mare dicitur à Baltia peninſula, quæ tria continet aquilonis regna, Daniam, Sueciã & Noruuegiam. Teſtis eſt Plinius, qui ſuos introducit autores de fertilitate Pomeranię, ſcribit doctiſſimus Petrus Artopæus natus Pomeranus in hunc modum. Pomerania ad mare Balticum ſita, à primis cultoribus patria lingua, hoc eſt, Vuandalica, Pamorzi appellata, ab indigenis inhabitata & proprijs dominis gubernata, alienis autem nunquam ſubiecta, eſt ubiq; fertilis, aquis irrigua, ſtagnis abundãs, nauibus peruia, diues agris, paſcuis, pomis, lignis, riuis, mõtibus, uenatione, pecore, piſcibus, frumento, butyro, melle, cera & alijs his ſimilibus rebus. Eſt quoq; optime culta ciuitatibus, oppidis, arcibus & uicis, nec ullus in ea eſt locus uacuus et incultus, niſi quem aut lacus aut montes occupant. Cibum miniſtrat multis alijs terris per circuitum ſitis. Vſa eſt ante ſuſceptũ Chriſtianiſmum lingua Vuãdalica, moribusq; ſuis uixit, quoad uſq; incorporata fuit Rom. Imperio, tũc unà cum religione ſimul didicit ab Imperatoribus Saxonicã linguam, quam & in hunc uſque retinet diem. Colligũt incolæ in mari ſuccinum, ſed non tantùm quantum Pruteni in ſuis litroribus legunt. Inſigniores ciuitates, quas habet Pomerania, iacẽt in littore maris, præter paucas quaſdam mediterraneas, ut ſunt Stetinum, Neuugardia, Stargardia, &c. In littore maris iacent Colberg, Caminum, Coslinum, Gripſuualdum, Sundtum, &c.



Vuandalorum
Caſſubiorum
Stetini
Pomeraniæ
Vſedon
Mare Pomer
Rugen
Bergn
Putbus
Iaſmũd
Gnitz
Vſedom
Zwine
Frifshaff
Wolgaſt
Gnpſwald
Sundt
Bart
BARTHIA
BARTHEN
Tribſes
Gutzkow
Hertzogthum
Stetin
Treptow
Groſswin
Vker marc
Ober Po mern
Newgard
Golnaw
Stargard
Camin
Wollin
Damm
Pirits
Konigſberg
Lanſperg
Coſtrin
Clepenow
New Brandenburg
Malchin
Marca antiqua
Angermũd
Stolpe
Aderberg
Pryenwold
Dargun
Loitz
Stolpe


Gutzkouij
Vuolgaſti
Rugiæ
Barthiæ


Septentrio
Pomeraniæ
Hel
Putzker wike
Dantz
Pomeriſch grentz
Leuenborg
Pomern
Vandalia
Vnder
Leben ſe
Colb
Stolp
Rugenwold
Stolp fl.
wipper fl.
Polnow
Bublitz
Balle
Caſſubiæ
Botow
Schönek
Dirſow
Subitz
Stargart
Pobſin
Mewe
Wixel fl.
Viſtula fl.
Nowborg
Grudentz
Colm
POLONIA
Marca noua
Tuchel
Crone
Fredeland
Conitz
Lädeck
Draborg
Pilow fl.
Belgard
Colberg
Coſlin
Landeck
Pomerella ultra citraq; Viſtulam, olim inferioris Pomeraniæ princi pum hæreditaria fuit terra, etiã longe poſt Chriſtianiſmum. Poſt obitũ autem eorũ prin cipum, partem Poloni & ordo Pruſſiæ, partem Marchiones occu pauerunt.

225

SLESIA

prouincia regni Bohemici, habens ab oriente conterminam Poloniam, à meridie uerò attingens Morauiam, habet metropolim Vratislauiam, quam Germani Presla uocant, ab Vratislao ſecundo rege Bohemiæ ſic appellatam. Longitudo regionis extenditur ſecundum decurſum Oderę fluuij à meridie in ſeptentrionē octo uel nouem dietis. Secundum latum uerò patet itinere trium dierum. Vtitur pro maiori parte lingua germanica. Vltra Oderam uero loquuntur Sclauonice, quæ lingua communis eſt Bohemis, Polonis, Sclauis, id eſt, Illyrijs, Moſcouitis, Lithuanis & multis alijs populis. Abundat regio ipſa omnibus bonis, niſi quod uinum non habent, infertur tamen ex Morauia & Vngaria uinum bonum. Creſcit & circa Croſnam uinum, ſed quod per Oderā in Pruſſiam auehitur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SLESIAE DESCRIPTIO



XV· NOVA TABVLA



SCLAVONIAE,

Iſtriæ, Carniæ, Croatiæ, Coruatiæ atque Dalmatiæ deſcriptionem hæc tabula tibi lector exhibet, unà cum origine Saui fluuij inſignis, atq; parte Boſnaici regni. Hæ autem regiones omnes, præter Dalmatiã, olim uno & generali uocabulo dictæ ſunt Illyris, ſed poſtea diuerſa nactæ dominia, iuxta alios & alios populos, alia quoq; & alia ſortitæ ſunt nomina. Vtuntur pro maiori parte lingua Sclauonica, præſertim quæ ultra Sauum ad mare Adriaticum extenduntur. Labacum metropolis loquitur partim Germanice & partim Sclauonice, hoc eſt, Polonice. Parent ferè omnes ducibus Auſtriæ præter Boſnenſes qui ſubijciuntur Turcis. Terra eſt montoſa, quandoquidem Alpes in eam extendantur, deſinantq; in has regiones.

44

[illegible library stamp]

DESCRIPTIO TOTIVS IL



ILLYRIDIS XVI· NO· TAB·




279

BOHEMIAE DESCRIPTIO, IN qua notantur urbes regię & oppida & caſtra Baronũ, itemq́ quæ ſubſcripſerint Huſſitis & quę nõ.

45

BOHEMIAE NOVA DESC



SCRIPTIO TABVLA XVII



DANIA ET SCHONLANDIA, NORDVEGIA, SVECIA & Finlandia.

DANIA habet nomen illud à rege quodā Dano uocato, complectiturq́; Cimbricam Cherſoneſum ſiue Iutiam, quam uulgo Dietmarſen uocant, Fyonem, Selandiam, quam alij Sialandiam appellant & multas alias inſulas. Ciuitates inſigniores in Cimbrica ſunt, Schleſsuuic, ubi aliquando fuit ducatus, Ripen ſedes epiſcopalis, Wiburg, Harruſia, uulgo Oors. In Fyone, Ottonia, uulgo Othonſs, Melpbort. Swinborg. In Selandia, Roſchilt ciuitas epiſcopalis, Hafnia, quæ uulgo Coppenhagē & Kopmanhafen, id eſt, mercatorum portus uocatur. Ibi eſt regia ſedes & ſtudium uniuerſale. Schonlandiam alij uocant, Schondaniam, id eſt, amœnam Daniam, quam Plinius Scandiam, & aliquando Scandinauiam appellauit. Vocatur autem ſic ob portuum & emporiorum commoditatem, ob maritimas opes, lacuum & fluminum piſcationes, nobilium ferarum uenationes, auri, argenti, plumbi, cupri & æris inexhauſtas uenas, atq; oppidorū frequentiam. Diuiditur autem in multa regna & prouincias. Nam præter Daniam, continet Norduegiā, Sueciam & Gothiam: item Laponiam, Gronlandiam, Finlandiam & Islandiam. Sonat Gronlandia uirentem terram, ob inſignem ſcilicet prouentum pabuli, quod in ea regione inuenitur. Islandia uero ſonat glacialem terram, & hæc ueteribus eſt Thyle, pro maiori ſui parte mōtoſa & inculta. Qua parte eſt plana, præſtat plurimum pabulo tam læto, ut pecus depellatur à paſcuis, ne ab aruina ſuffocetur. Habet rupem & promontoriū, quod æſtuat perpetuis ignibus inſtar Aetnæ, putaturq́; à uulgaribus carcer eſſe ſordidarum animarum. Ciuitates epiſcopales in ea ſunt, Holen & Skalholten. Hetlandia maxima Orchadum inſularum, habet epiſcopalem ciuitatem Orchadam. Laponia dicta eſt à populo quo habitatur. Vocant autē Germani Lapones & Lappen, qui parum idonea rei præſenti dicunt & faciunt, quos Latini ineptos uocāt. Hi domos non habent, ſed tabernacula quaſi caſtrenſia. Ferarum maxima copia eſt in ea regione. Agrum non colunt, ſed piſces capiunt plurima copia, edomantq́; in farinā. Commertia permutatione & pecunia agunt, mutuo conſenſu tantum, & nullo ſermone cōmunicato, quia habēt linguam peculiarem, & ignotam uicinis. Gens ualidiſſima eſt & diu libera fuit & arma ſuſtinuit Norduegię Sueciæq́;, donec cōceſſit tandem ſub imperium & tributum pendit, pręcioſas ferarum pelles. Norduegia ſonat uiam ſeptentrionalem. Et fuit hoc regnum aliquādiu florens, hodie uero eſt ſub poteſtate Danorum. Hæc mittit in Europam piſcem ex genere Aſellorum, frigore induratum & extentum in fuſtem, quem Germani Stockfiſch uocant. Captura eius laudatiſſima eſt Ianuario, quando ſupereſt frigus ut induretur, & qui clementioribus menſibus fuerint capti, marceſcunt, neq; ſunt idonei ut exportentur. Littus Norduegiæ à caſtro Vuardhus uſq; ad inſulam Foſen totum eſt infeſtum uerno tempore balenis uaſtæ magnitudinis, adeo quod ad centum perueniunt cubitos. Hæ tunc gregatim conueniunt ad prolificandū. Et naues quæ uel in earum corpora, uel uortices aquarū, quos hæ faciunt inſtar carybdis agitatione ſua, delatæ fuerint, periclitantur. Secernitur Norduegia uerſus orientem à Suecia aſperrimis & latiſſimis perpetuoq́; niuoſis mōtibus, qui nullum tranſitum admittunt in Sueciam. Sueciæ regnum diues eſt argenti, æris, plumbi, ferri, & chalybis, pecoris & prouentu immenſo piſciū. Huius regni regia Stockholm, quam noſtri Holm uocant, Suecorū præcipua urbs & emporium, munita natura & arte, & ſita in paludibus inſtar Venetiarū. Habet & alias plurimas urbes multosq́; ducatus. Gothia ſonat bonum, hinc Gotlandia bona terra. Habet autem Gothia plurimas inſignes urbes, ut ſunt Lincopia, Malmogia, Sudercopia, Calmar, in qua aiunt arcem eſſe haud inferiorē arce Mediolanēſi. Diuiditur quoq; Gothia in Oſtrogothiam & Veſtrogothiam. Finlandia interpretatur pulchram terram. Hæc Scythię occurſat, & extra totum Tanaim longe procurrit in Aſię fines. Habuit ſuperiori ętate dominum Moſchum, hoc uero tempore ſub rege Suecię exiſtit. Vtūtur habitatores eius lingua diſtincta à Danis & Suecis, nempe lingua Vuandalorum, qua & Poloni atq; Ruſſi utuntur.

SEPTENTRIONALES REG



EGIONES XVIII NO TAB





ITALIA NOVA

EſtItalia peninſula,undiq; præterquam ubi alpibus iūgitur,mari cincta,ab oriente Adriatico, ab occidente uero & meridie Tyrrheno.Sunt illi alpes ueluti inſuperabilis murus, & duplex ambiens mare ceu naturales foſſæ. Intra hæc munimenta,nobiliſſima coërcetur terra,infinitis penè irrigata amnibus.Hanc Ianus qui & Ogyges ingreſſus eſt,quando adhuc erat aurea ætas & iuſti homines.Ipſe uinum & far primus in Italia docuit,deorum ſacrificia & moderatam comeſtionē. Vnde Fabius pictor:Ianus fuit pontifex religioſus,literatus,philoſophus, theologus,pater omnium deorum & hominum, monarcha totius primi generis humani,penes quem unum tunc erat totius uaſti orbis cuſtodia. Ab hoc Iano Italia primum appellata fuit Ianicula,ſicut & Ianua ciuitas ab ipſo nomen accepit,quam hodie Genuam uocant. Hic bifrons pingitur,duas enim facies ante & retro habere dixerunt, quod duo uiderit ſecula, id ſcilicet quod præceſſit & quod ſecutum eſt diluuium.Hic alio nomine Nohe uocatur,primus uini inuētor,unde & Ianus cognominatus eſt.Eſt enim יין iaijn in heb.lingua uinum.Huius uxor fuit Eſtha, cui Romani adijcientes adhuc unam literam fecerunt Veſtham,colueruntq; pro dea.Porrò Græci heb.uocem mutuantes,ex Ianicula fecerunt Oenotriam, ſic ſcilicet Italiam appellantes.Fuit & Saturnia à Saturno,& Heſperia ab Heſpero appellata.Potiores Italiæ partes ſunt Hiſtria,Gallia togata, Liguria, Tuſcia,Vmbria,Latium,Campania,Apulia,Calabria & Græcia magna. Sub quibus plurimæ ſunt minores regiones, nempe Inſubria,Ethruria,Aemilia,Flaminia, Lucania, &c.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ITALIA XIX· NO



NOVA TABVLA



Carinthia
Croatia
Friaul
Aquileia
Laubach
Sagabria
Histria
SERVIA
Venetiæ
Pola
Coruatia
BOSSINA
SCLAVONIA
Mare Adriaticum
Gisra
Scardona
Turcia
Spalato
Ancona
DALMATIA
Vrbin
Bracia
Ragusa
Vechia
Campus
Caſſotius
Aquila
Melada
Apulia
Roma
Siponco
Garganus
S. Angelo
Manfred
Durazo
Capuana
Caieta
Neapol
Salerno
Terra
Laboris
Albania
Ponce
Brandicio
Hydrunti
Taranto
Otronto
Camara
Corfun
MEDITERRANEVM
Lipari
Calabria
Vulcano
Aetna
Palermo
Petralia
SICILIA
Trapani
Gergente
Syracuſa
Pachinū
promōt.

[illegible]

POLONIAE

ET VNGARIAE DESCRIPTIO. Vngariæ regio multo tempore peregrinarum gentium fuit ſedes. Olim enim habitauerunt in ea Pannones & Peones, deinde Gothi, poſt Gothos Huni, poſt Hunos Langobardi, Langobardis rurſus ſucceſſerunt Huni, & tandē occupauerunt eam Vngari anno ſcilicet Chriſti 900. Et cum multa mala intuliſſent toti Germaniæ, anno Chriſti 954. à Cæſare Ottone prope Auguſtam Vindelicorum cęſi, humiliores effecti ſunt. Poſtea anno Chriſti 1006. Sanctus Henricus imperator tradidit ſororem ſuam Giſelam duci Vngarorum in matrimonium, ut infidelis uir per mulierem ſanctam Chriſto acquireretur, id quod & breui factū eſt, appellatusq́ fuit in baptiſmo dux ille Stephanus, primus Vngariæ Chriſtianus rex, cui ſucceſſerunt 28. reges uſq; ad Ferdinandū, qui hoc tempore regnū illud poſſidet, & eſt in ordine uiceſimus nonus rex. Fuit Vngaria ante paucos annos latiſſimum regnum, ſed per Turcas magna pars eſt illi adempta. Anno enim Chriſti 1396. ablata eſt Bulgaria. Deinde annò 1521. expugnatum fuit Belgradum, uulgo Kriecheſuuyſſenburg, unicum Vngariæ contra Turcas præſidium. Poloniæ ducatus ab imperatore Ottone ſecundo erectus eſt in regnum, ſed paulo poſt cum rex criſtas erigeret contra Imperatorē, rurſum fuit regnum in ducatum redactū, manſitq́; ducatus tributarius Romano imperio uſque ad annum Chriſti 1077. Tunc cum Germaniæ principes ſedicioſi eſſent contra imperatorem Henricum quartum, dux Poloniæ propria autoritate ſibi impoſuit regium diadema, unctus ab epiſcopis quos in ducatu ſuo habuit. Metropolis totius regni eſt Cracouia ſita ad fluuium Viſtulam quā aiunt denominatam & conſtructam anno 50. poſt Chriſtum natum à Craco primo regionis duce. Eſt terra ipſa plurimum nemoroſa, habens multa pecora & feras, præſertim equos ſyluestres, uros, ceruos &c. Foditur in regno ſal plurimum, unde incolæ maximum faciunt emolumentum, deinde nemora abundāt apibus & melle, quæ ferè Polonorum ſunt diuitię.

POLONIA ET VNGARIA



...IA XX· NOVA TABVLA·



TRANSSYLVANIA QVAE ET SEPTEM CASTRA

uulgo appellatur, pars eſt Vngarici regni, altiſſimis omni ferè ex parte cincta montibus. Loquunt̃ incolæ pro maiori parte germanicè, olim ſub Carolo Magno, ut putatur, ex Saxonia illuc translati. Habuerunt olim proprium ducem, ſed poſtquā regio ipſa Chriſto nomen dedit, ſubactaq́ꝫ eſt regno Vngariæ, deſignatus eſt à rege Vngariæ, Pręfectus & gubernator, quem ſua lingua uocarunt Vueiuoden. Metropolis regionis uocatur Cibinium, à præterfluente amne ſic appellata, uulgo Hermēſtat. Poſt illam ſecundum tenet locum Preſſouia, uulgo Cronenſtat, ad quā merces ex Græcia, & hinc rurſus ad Budam Vngarię trāſportantur. Habet regio ſolum ſatis fœcundū, Iuxta oppidum Meduuiſch creſcit uinum in magna copia, unde & ager iſle uocatur Weinland, id eſt, uinifera regio. Iuxta oppida Clauſenburg & Saltzburg, atqꝫ in Ceculia foditur ſal. Haud procul ab oppidis Schlotten & Altenburg effoditur aurum, ſicut prope oppidum Yſenberg ferrum. Alluunt regionem multi amnes, ſed præcipui ſunt Moroſſus & Altus, quem Ptolemæus appellat Allutum, uterqꝫ nauigabilis.

TRANSSYLVANIA XX




Moldaw
Schur
Zum Creutz
Aderhell
KYSDI
Orbai
Blumdorf
Tartlu
Burtzeland
Agnetlin
Felmer
Fogariſty
Roſenaw
Turn
Alpes
alpes
Langenaw
Bulgary
Walachy
Cerniß

GRAECIAE MODERNAE FACIES CVM SVCCINCTO INdice nominum, quæ mutationem temporis ſucceſſu acceperunt.

Adrianopolis	*Eddrennede*	Methone	*Modon*
Aegæum mare	*Arcipelago*	Naupactus	*Lepanto*
Alicarnaſſus	*Meſi*	Naxos	*Nicſia*
Amphipolis	*Chryſopoli*	Nicopolis	*Preuezа*
Apollonia	*Apolline*	Nicæa	*Nichea*
Athenæ	*Satines*	Nicomedia	*Nicomidia*
Byzantium	*Conſtantinopel, Stampoli*	Patmos	*Palmoſa*
Carpathus	*Scarpanto*	Peloponneſus	*Morea*
Corinthus	*Corintho*	Perinthus	*Heraclia*
Corcyra	*Corfu*	Proconeſus	*Marmora*
Chios	*Scio*	Phocæa	*Foliauechia*
Creta	*Candia*	Rhodus	*Rodo*
Dardania	*Seruia, Raſcia*	Salamis	*Coluri*
Dacia	*Valachia*	Samos	*Samo*
Delos	*Sdiles*	Sardica	*Triadizza*
Drepanum	*Melecha*	Scodra	*Scutari*
Epheſus	*Epheſo*	Scopelos	*Scopulo*
Epidamnus	*Durazo*	Sicyon	*Baſilica*
Epidaurus	*Raguſia, Dubronic*	Sigeum	*Ianizzari*
Euboea	*Nigropont*	Smyrna	*Leſmyrne*
Helleſpontus	*Stretto de Gallipoli*	Strophades	*Striuali*
Icaria	*Nicaria*	Tiberiopolis	*Strommizza*
Ilium	*Troia*	Torone	*Agiomamma*
Lacedæmon	*Mizithra*	Tragurium	*Brazza*
Lemnos	*Stalimene*	Thebæ	*Thiua*
Lesbus	*Metelin*	Theraſia	*Santorini*
Melita	*Melda*	Theſſalonica	*Salonich, Selenic*
Melos	*Milo*	Zacinthus	*Zante.*
Meſembria	*Meximbria*		

NOVA GRAECIA XX



XII· NOVA TABVLA·



TERRA SANCTA

HAec particularis Syriæ prouincia primum Terra Chnaan,deinde terra Iſraël & Iudęa dicta fuit,ac propter Philiſtijm ſeu Paleſtinorum cohabitationem,Paleſtina. Clauditur mari mediterraneo,Iordane fluuio,monte Libano & termino Aegypti. Metropolis eius eſt urbs illa toto orbe memorabilis IERVSALEM, princeps prouinciarum,poſſeſſio patriarcharum, prophetarum & apoſtolorum mater, iniciatrix fidei & gloria populi Chriſtiani,ſita in terra optima,quæ olim habitatoribus ſuis lac & mel fluens , nuncuero uniuerſo orbi remedia ſalutis & uitę porrigit alimenta. De Zion enim egreſſa eſt lex,& uerbum domini de Ieruſalē. Hanc dominus ab initio ſingulari ſupra alias terras fauore proſequi dignatus fuit. Cum habitatores eius eſſent recti & optimi,terra quoqꝫ ipſa uariarum opum fuit diues,frugibus fertilis,aquis illuſtris,opima balſamo & omni rerum genere abundans. Quando uero dei obliti in uitia proruebant colebantqꝫ idola,nulli non fuit peſti obnoxia . Beſtijs malis patebat introitus, lepra paſſim omnia corripiebat , nedum corpora hominum, uerum & habitacula atqꝫ ueſtes eorum,hoſtilis gladius undiqꝫ habitatoribus imminebat, fames,ſitis, clauſura cœli,multiplexqꝫ illa maledictio,quæ Deut.27.deſcribitur,fines eius peruagabatur, ut iam non terra optima ſed infeliciſſima,inculta,ſterilis, omni dulcedine carens, ſuos habitatores deuorans,ænea,dura & tota horrida eſſe diceretur, qualis & in hunc uſqꝫ diem eſſe deprehenditur ab ijs qui eam peregre accedunt. Cæterum Iordanis efficit nonnullos lacus in terra,præſertim eum quem uocant mare Galileę: Lacum Samachonitem,qui æſtate ſiccatur in paludes, & ſylua qua obducitur,infeſta eſt leonibus. Porrò lacus Aſphaltis,quinqꝫ urbium ſubuerſione memorabilis,fumoſus eſt,& nullum corpus animantis recipit, ſed tauri & cameli in eo fluitant, etiam homines nandi imperiti, ubi ad ilia uſqꝫ in eum proceſſerint,attolluntur. Vallis ſylueſtris eſt & plena ſalinis, quā aſphaltis lacus inundauit:antiquitus uero cultiſſima erat, adeò ut ob felicitatem paradiſo dei conferretur. Manſit eius ſpecies apud Iericho & Engędi:ubi adhuc palmeta ſunt & horti balſami.

BIBLIOTHECA MAZ...

TERRA SANCTA X



XIII NOVA TABVLA



INDIA NOVA.

Nouam Indiam tibi lector in iſta tabula exhibemus cum infinitis inſulis. Dico nouam, quod longe poſt Ptolemæum ab Europis hominibus fuerit illa extrama orientalis regionis portio cum annexis inſulis inuenta. Calicuth uero, Canonor, Cambaia, Narſinga, &c. regiones ſunt non nouæ, quippe quæ ueteribus, quoq; fuerint cognitæ, ſed noua nomina, & quæ nouo nauigationis itinere noſtro tempore cœperunt adiri. Nam ut in tabula nouæ Africæ ſcripſimus, Portugallenſes hodie circumeunt totam Africam, & per anguſtias maris rubri uelificant in Orientem ad Ormum inſignem inſulam, ad Cambaiam & Calicuth nobiliſſimũ emporium, ubi totius Orientis confluunt mercatores, comportantes omnia aromatum genera, cinamomum, piper, gariophylum, zinziberim, thus, lacham, ligna ſandalij, nuces muſcatas, camphoram, pannos ſericeos omnium generum, margaritas & lapides præcioſos uarij generis, muſcum, aloën, &c. Naſcitur autem in Calicuth & regno Narſingæ piper, zinziber, cardamomum, myrobalanum & caſia: reliqua aliunde importantur. Spicus nardus & myrobalanum ex Cambaia & uicino regno Cuchino aduehuntur. Aſportatur quoque inde bombix & ſericum in magna copia, ſicut & de regno Pego. Inuenitur etiam in eo regno onyx, calcedonius & adamas. In Ormo inſula leguntur uniones in magna copia. Zaylon inſula mittit rubinos, hyacinthos, ſaphyros ac topazios. Regnum Malaqua ſeu Malacha, mittit ſandalium, pſitacos, elephantes, pardos, &c. Sumatra inſula miram habet copiam piperis & ſerici. Camphora arboris cuiuſdã gummi, in Porne inſula inuenitur. In inſulis uero Monoch & Bandan haud multum à Porne diſtantibus, creſcunt nuces muſcatæ & gariophylum. Inſula Zipangri plurimo abundat auro, & ingentibus pollet diuitijs. Inſulæ Petan & utraq; Iaua, maior & minor, proferunt magnam copiam piperis, nucum muſcatarũ, ſpici, galangæ, & cæterorum aromatum. In Madagaſcar inſula plurimi ſunt elephantes, & id circo magna eſt in ea præcioſi eboris nundinatio. Sũt etiam in ea multa nemora ſandalorum. Huic haud diſſimilis eſt Zanzibar inſula, abundans leonibus, leopardis, & alijs uarijs beſtijs ſylueſtribus. De maximo imperio Cathay, de prouincia Mangi, de urbibus Quinſai & Cyamba, multa habes in ſecundo & tertio libro Pauli Veneti.

INDIA EXTREMA XX



XIIII· NOVA TABVLA·



AFRICA NOVA.

AFrica una ex tribus orbis partibus, latiſſima eſt regio multorū regnorum, populorum, animalium, fluuiorum, montium & deſertorum refertiſſima, hodieq́ꝫ à Portugallēſibus circumnauigatur, qui à Portugallia ſoluentes recta in auſtrum tendentes, primum Gades inſulam prætereunt, deinde Mederam inſulam, quæ hodie à Luſitanis incolitur, patetq́ꝫ circuitu 40. miliariū. Ferax eſt ſaccari & uini, Cretico uino nequaquam cedētis. Poſt Canarias adeunt inſulas, quarum nomina ſunt, Canaria, Teneriffa, Palma, Fractalancea, Magnaſors, Grancamaria, Gienera, Ferrum. His relictis Caput album petunt, ubi tellus tota eſt arenoſa & deſerta, alba & arida uſq́ꝫ ad Nigritas. Succedit Capiti albo Sinus Dargin & inſula eiuſdem nominis. Eſt & poſt Caput album in mediterraneis locus quem Hodenum appellant, & hic nullo clauditur muro, ſed diuerſorium eſt Arabum & ſtatio camelorum. Eius regionis incolæ uiuunt ordeo & cariotis, quibus ubertim abundant. Mahumetum colunt & Chriſtianos oderunt. Senega fluuius qui has terras ſequitur & totam ferè Aethiopiam interiorem irrigat, Azanegos à regno Nigritarum diſterminat. Sunt autē Azanegi homines pauperes & mendaces, proditores & prauos ſeruantes mores. In regno Senegæ eſt locus nomine Tagaza, unde ingens copia petrei ſalis auehitur camelis Arabum. Cęterum ferunt flumen Senegæ deriuari à Nilo, eaſdemq́ꝫ uices cum eo habere. Nam ut ille Aegyptum, ita hic Aethiopiam reddit irriguam. Rex Senegę pauper eſt & nullas habet urbes, nec annuos redditus, & præterea regnum eius anguſtos habet limites. Habet regnum Senegæ ab oriente regionem Tuchmoram, à meridie uero regnum Gambrę, uerſus autem ſeptentrionem Nigro fluuio clauditur. Sequitur caput uiride, ſic appellatum quod conſitum ſit arboribus denſiſſimis eiſdemq́ꝫ uirentibus continuo ferè anno. Huic finitimum eſt regnum Gambræ, in quo homines habitant feroces & ſæui, ſubditi cum rege ſuo magno regi Mellis, qui magnus imperator Nebeorum dicitur. Habet regio illa elephantes ſylueſtres, qui non cicurantur. Huic regno ſuccedit uerſus auſtrum regio Calamanſę à fluuio Caſamanſa ſic dicta. Hinc à ſinu Rubro reflectitur Continens in orientem, & antequam peruenitur ad Caput bonę ſpei, extremam Africanæ terræ aciem, occurrūt uariæ gentes, inter quas quædam nudæ incedunt ut ex matris utero exierunt, carentes omni uerecundia. Inueniuntur ibi uaria auium genera, præſertim pſitacorum multijugi coloris à quibus & terra illa Terra pſitacorum denominatur. Reliqua patent ex tabula.

AFRICA XXV· N



Hiſpania
Granat
Gades
Mare mediterraneum
Sardinia
Malta
Colops
Regnum Fes
Barbaria
Mauri
Hippa
AFRICA
Atlas
Garaphi
Garaa
Sarra mõtana
Regnũ Tunis
Carthago
Inſulę Canariæ
Budezor
Niger palus
Nigritæ
Dara fl.
Caput Albũ
Dargui
Hodeni
Tagaza
Garamantes
Lacus Libyæ
LIBYA Interior
Regnum Senegæ
AETHIOPIA
Caput Viride
Regnũ Gambræ
Senega fl.
Caſamanſa regio
Regnum MELLI
Ginega
Imperiũ Nebçorum
Sinus Rubrus
A Luſitania ad Calechut Orientis imperiũ, hoc itinere per ma-
re deuenitur. Per latus occidentale Mauritaniæ & Getuliæ,
Noto deuenitur ad Caput uiride, dictum olim Experias. ibi ui-
ſuntur Heſperidum inſulæ. Inde tranſita Aethiopia apparet
caput auſtrale, quod eſt Cap. bonæ ſpei, exceditq; hyemalẽ tro
picum nouem gradibus. Mox regio ſe ſinuat quo ad Praſſum
promontorium peruenias, quod Ptolemæus terminum poſuit
auſtralem, ulterioremq; plagã appellauit terrã incognitã. Inde
iter patet ad Troglodytas, ubi eſt Zaphala aurifodina, etiã ue-
teribus cognita. Hinc tranſito regno Melindæ, per ſinum Bar-
baricũ uenitur in Oceanũ Indicũ, & demũ ad urbẽ Calechut.

NOVA TABVLA


Candia
Cyprus
SYRIA
Sicilia
Syrtis parua
Syrtis magna
Cyrene
Alexādria
Damiata
Libanus
Asia
ARABIA deserta
Marmarica
Ammon
AEGYPTVS
Cayre
Syene
Nilus fl.
Medina
ARABIA Petrea
Mare Rubrū
ARABIA Felix
Saoleā
Meroe
NVBIAE Regnum
Nubia
LIBYAE desertum
REGNVM Orguenę
REGNVM Habesch
Hamarich Sedes Prę te Iohan
REGNVM de Seylam
Monoculi
REGNVM Melindę
Azania regio
Tellus Psitacorum
QVIOLA Regnum
Zaphala aurifodina
AFRICAE extremitas
Caput bonę spei

NOVARVM INSVLARVM DESCRIPTIO.

Infinitus ferè eſt numerus nouarũ inſularum, quæ poſt annum Chriſti 1490. uſq; in hunc diem ab Hiſpanis ſunt inuentæ. Inſigniores ſunt, America, Cuba, Hiſpaniola, Franciſca, Terra florida &c. America ab Americo inuentore nomen eſt ſortita, qui anno Chriſti 1497. ex mandato regis Caſtiliæ illam intrauit, appellaturq́; propter magnitudinẽ ſuam Nouus mundus. Et habet plures adiacentes inſulas, nempe Parianam, Hiſpanã, quæ & Offira, Iamicam, quæ & Iamaica & Lamia, Cubam quæ & Fernandina, Iucatanam, quam incolæ Eccampi uocant, Cozumellam, quæ & Sanctæ crucis, Iſabellam, Spagnollã, in qua lignum Guaiacum inuenitur, cuius uſus eſt contra morbum gallicũ. Incolæ Americæ mares & fœminæ omnes nudi incedũt, uiuuntq́; in ſumma libertate, nullum habentes regem aut dominum. Nulla iura aut iuſtitiam ſeruant, nec parentes filios docent aut corripiunt. Arcu & ſagittis pugnant contra confines ſuos alienæ linguæ. Inueniuntur enim in iſtis inſulis multæ & uarię linguę. Domus eorum ſunt conſtructę inſtar campanarum, firmiter ex magnis arboribus ſolidatę, palmarum folijs deſuper cõtectę, aduerſus uentos & tempeſtates tutiſſimę. Diuitię eorum ſunt uariorum colorum auium plumę & calculi quos ex piſcium oſſibus lapillisq́; uiridibus aut candidis faciunt, & ornatus gratia ad genas uel aures ſuſpendunt. Viuunt ex radicibus, fructibus, herbis & uarijs piſcibus. Carent farrę & omni grano. Cõmunis paſtus eſt, arborea quędam radix, quam cõminuunt in farinam ſatis bonam. Carnibus non utuntur pręterquam hominum. PARIAS ſub tropico Cancri ſita eſt. Et eſt prouincia illa multum amœna fructiferaq́;, maximis ſyluis plena, quę omni tempore florent. Eſt & populoſa & denſa uarijs animalibus ſylueſtribus, pręſertim auibus diuerſorum colorum. In inſula Ity nuncupata, homines nudi quoq; incedunt, & corpus uarijs coloribus pingunt, uarijsq́; uolucrum pennis adornant. CANIBALI ſeu Canibales ultra ęquatorem habitantes, crudeliſſimi ſunt homines, quippe qui uicinos homines captos abducunt, mactant & comedunt. Notandum hic, Americam ab alijs uocari Hiſpanam, quam Chriſtophorus Columbus anno Chriſti 1492. primus inuenit, & poſtea Americus quoq; inuentam inuiſit. Dominica inſula, Dominica die reperta, & hinc ſic denominata, inculta eſt, denſis arboribus obducta. Inſulã Canibalorum Hiſpani Guadalipeam, incolę uero Grachanam uocant. Inſulam Sanctę crucis incolæ uocant Ayay. In Hiſpaniola 28. torcularia referuntur erecta, quibus magna ſaccari copia extorquetur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NOVAE INSVLAE XX



XXVI· NOVA TABVLA·





BASILEAE EX OFFI
CINA HENRICHI PETRI,
MENSE MARTIO, ANNO
M. D. LII.

APPENDIX GEOGRAPHICA, IN QVA TRES ORBIS PATRES SIGILLATIM

deſcribuntur, iuxta modernum rerum ſtatum, explicãtur antiqua regionum & populorum nomina, recenſentur quorundam regum & principũ ſucceſſiones & genealogiæ, agitur de habitatoribus, moribus, ritibus, fertilitatibus, mutationibus, expugnationibus terrarum, atq; alijs id genus proprietatibus, quæ peculiariter in hac uel illa inueniuntur eſſe aut contigiſſe terrá, autore Sebaſtiano Munſtero.

IOTECA NAZ. ROMA

Geographia quàm utilis & neceſſaria ſit ſtudioſis.

GEographia iuxta ethymũ eius, terrę deſcriptionem docet, ſitumq; orbis manifeſtat. Hæc cognitio tã neceſſaria eſt ſtudioſis omnibus, ut ſine ea nemo feliciter in quacunque arte proficere poſſit. Vnde Strabo lib. I. de ſitu orbis: Si ad philoſophũ alia ulla pertinet tractatio, & hanc quam hoc tempore de ſitu orbis delegimus, conſiderandam illi eſſe putamus. Et ibidem: uaria eſt utilitas geographię: quędam ad res urbanas, actionesq; principum, nonnulla ad cœleſtium, terreſtrium, rerumq; maritimarum ſcientiam, animalium, plantarum, fructuum & aliarũ, quæ penes uniuerſos cernere fas eſt. Omnia enim huiuſmodi, magnum ad capeſſendam prudentiam comparãt adiumentum, cum regionis ingenium, animalium & plantarũ formæ ac ſpecies perdiſcuntur. Maritima etiam apponi licet. Gemino nanq; quendam in modum conſtamus ex uictu: nec terrarum magis ſumus quam maris incolæ. Egregie proinde ille ad præſens inſtitutum ſermo mihi uidetur adduci, quod ſitus orbis deſcriptio eſt, ád ciuiles uſus maiori ex parte conducens. Rerum nanque gerendarum campum mare explicat, præſtát & terra quam incolimus, exiguarũ quidem exigua, magnarũ uero magna, maximarum autem uniuerſa quam habitabilem uocamus, aut orbẽ, ut ampliſſimarũ quidẽ actionũ hic ipſe ſit locus. Excellentiſſimos quoque imperatores illos extitiſſe conſtat, qui terræ ac maris imperium adepti, nationes ac ciuitates ſub unam potentiam, gubernationemque ciuilem cogere ualuerunt. Simpliciter itaq; geographiam publicam ciuilem & utilem putamus, ſicut & hiſtoriæ deſcriptionem. Illum enim ciuilem hominem dicimus, non quidem prorſus indoctum, ſed qui circularis diſciplinę ac homini libero ac ſtudioſo conſuetæ partem attingit. Nec enim laudare, nec uituperare, nec res geſtas memoratu dignas diiudicare poſſet is, cui uirtutis ac prudentiæ, earumq; rationũ cura nulla extitit. Quibus uerbis Strabo planè indicat, ingenuos animos huius profeſſionis ſtudia maxima decere. Porrò cognitio huius nobiliſſimę ſciẽtiæ id ſui ſtudioſo pręſtat, ut percẽſere memoriter quaſi ex libro quodam omnem terræ excurſum ſecundum partium condependentiam ſine difficultate poſſit, tum et inſularum omniũ mariumq; inter eas ſtagnationem. Vnde & hæc ſibi cõmoditas eueniet, ut nuſquam inambulãs, ſolo ſtudio comite, totam cõpertæ terræ amplitudinẽ animo peruagari queat, idq; domi ſuæ cognoſcere, ad quod inquirendum, uetuſtiſsimi regis grauiſſimis ſumptibus factis miſerũt, qui experirentur. Cum igitur ob gentium diſcordias & ſectarũ diuerſitates mundum perluſtrare pauciſſimis datũ ſit, ut omnia tamen experiamur, ſola nos geographia ducere poterit, cuius dono quoties libuerit, quaſi in aërẽ ſuſpẽſi, deſpicere ſimul omnia regna & cognoſcere poſſim⁹. Preterea eã ſibi me

moriæ euidentiam ex geographia quilibet parare poteſt, ut fabulas & hiſtorias quocunq; loco contigiſſe aut concinnatas audierit, illico in eum locum animo uolet, & uerâ loci habitudinem ex pictura prius perſpecta, non intelligere ſolum poſſit, ſed intueri quoque oculis ſibi uideatur. Sed & gemmas, fruticẽs, arbores, herbas, marmora, uariumq; hominum & animaliũ genus, & quæcunq; à longinquis regionibus ad nos afferuntur, eo facilius quis retinere poteſt, tum & ſcriptores ita referẽtes ſine difficultate intelligere, quòd animo teneat locũ unde ea allata ſunt. Poſtremo conſtat, geographiæ ſtudioſo facilima ea eſſe in poëmatum & hiſtoriarum lectione, quæ alioquin omnium difficilima eſſe uidentur. Nam in illis quod plurimum doctrinæ & ornamenti in ſe continet, ad terræ cœliq; attinet ſuperficiem, his tantũ ſecluſis, quæ humanus animus magna præſcit, qualia ſunt quæ ex philoſophiæ præceptis poëtæ in ſua transtulerunt. Itaq; ſine geographiæ intellectu, non poteſt eſſe abſoluta & commendabilis alicuius aut poëtę aut hiſtorici ſuſcepta interpretatio.

Geographia quomodo à Coſmographia differat.

Quid Geographia

Geographia duplicem habet deſcriptionem, unã cõmunem, alterã propriam. Geographia communis eſt terræ, eorumq; quę intra eam & extra ſunt, marium, montium, fluuiorumq; per regiones deſcriptio, tum hiſtoriarum & earum rerum quæ à natura in ſingulis locis admirandæ relictæ ſunt & annotatione dignæ. Hoc modo eam Strabo accipit lib. 1. cum dicit: Haud igitur dubitãdum eſt, terræ deſcriptionis noticiã, quàm geographiam dicimus, omnes ad imperatorias actiones adducere, &c. Et hac quidem ratione terram terrenaq; ſunt ferè perſecuti Mela Pomponius, Dionyſius Afer, Plinius, Solinus, Herodotus, paucíq; alij, qui terræ ſitum per partes aperuerũt, cœli ratione raro admodum adhibita, per quod à Coſmographia differt quod hæc orbẽ deſignãs, totum amplecti ſolet, & terræ amplitudine, in quã omnia uergant, ſuppoſita, quantitatem & qualitatem obſeruare ſecundũ ſitum, longitudinem, latitudinem climatum, rationem dierum, noctiumq; longitudinem & breuitatem, ſyderum uerticalium orientiũ atq; occidentiũ naturam, cum locorũ diſtantia, natura et poſitione elemẽtorũ, &c. Hæc inquam altera geographiæ diffinitio à coſmographia nõ differt, quemadmodum Strabo & huius artis princeps Ptolemæus ſcripſit de ſitu orbis opere inſtituto. Geographia itaq; iſta maxime neceſſaria eſt his, qui rerũ geſtarum ſiue quaſi geſtarum ac fabularum peritiam exactiorẽ habere uolũt. Sine enim hac, nihil aut parum conſequitur, quicunq; animum ad hiſtorias appulit. Et quanquam geographia ſic accepta uerſetur circa omne cui mundi cœliq; nomen inditum eſt, ordiri tamen à terra & ab his quæ in terra mariq; inſignia ſunt, conuenit, quod horum noticia incredibilem uſum & utilitatem habeant. Et cum terræ communem peritiã habuerimus, circulos meridianos ac parallelos & quæcunq; ad cœli rationem pertinent, terrę iam cognitæ facilius ſuperinducemus, & per coſmographiam geographiam abſoluemus. Perſuaſum etiam ſtudioſis eſſe debet hanc doctrinam ſine tabularum uſu & fideliſſima traditiõe, qua ſingula digeſtim explicẽtur, nulla lectione acquiri & retinere poſſe. Ratio enim picturæ intellectum ad uerũ memoriæ ordinem prouocat, & qua quęq; parte locare meditariue debeant, commonſtrat. Cumq; quis totius terræ formulã animo recondit, impendenda eſt opera, ut maria quæ intra terras, quæq; extra ſunt, ſuis nominibus diſcreta diſcãtur. Inde ſpeciatim ad ſingularũ terræ partium deſcriptionem deſcẽdendum eſt, nec aliud primum deſiderandum, quã ut cuiuſque partis loca illuſtria, ut

Quid Coſmographia

paſſim

paſſim inueniũtur cognoſcanť. Nam
quę ad omnium locorum exactã cogni
tionem attinent, uix ex uno ſcriptore
petentur. Tanta ſiquidem uaſtitas or
bis eſt, ut quantum ad ſui explicationẽ
attinet, uix uno aliquo ingenio loca e-
ius comprehendi poſſint, quocirca o-
pus eſt, ut curſim eius partes ex fide di
gnis annotentur ſcriptoribus.

*Dictionum quorundam, quæ Geographis pecu-
culiares ſunt interpretatio.*

NOtandum hic in primis, to-
tam terrã, ut Strabo primo
libro tradit, inſulam quan-
dam eſſe, ſi ingens illud pe-
lagus, ex quo ſupereminet aſpicias.
Quemadmodũ enim ex mediterraneo
mari apparet Cyprus aut Sardinia, ita
ex tota pelagi amplitudine tota terra
inſtar inſulæ apparet. Eſt tamen diſcri
men inter inſulam & terrã ſolidã ſiue
Inſula quid continentẽ. Inſula enim eſt terra aquis
circundata, quæ ſcilicet à maiore tellu
ris uaſt.tate ſeiuncta, undiq; mari allui
Continens tur. Cõtinens uerò dicit, quæ mari nõ
niſi per ſinus fracta, tota ſibi cõſtat &
cohęret: uel eſt terra alteri ita cõtinua,
ut inde abſq; marina nauigatione om-
Sinus nes tres partes terrę tranſiri poſſint. Si
nus metaphorice dicitur à ſinu corpo
ris, quę pars eſt inter pectus & comple
xũ brachiorũ. Hinc qua littora curua cõ
Peninſula plectunť maria, uocanť ſinus. Penin
ſula eſt, quæ non planè inſula eſt nec
planè cõtinẽs, ſed mari circũdata, ali-
qua tamẽ parte terræ cõnectiť, quẽad-
Cherſoneſus modum ſunt Cherroneſij, ut Taurica,
Peloponeſus, Thracia Cherroneſus:
item Cymbrica et Aurea in India. Eſt
autẽ Cherroneſus lingua Laconica,
& Cherſoneſus lingua cõmuni, terra
ferè undiq; mari cincta, non differẽs à
peninſula. χὲρ eſt manus & νῆσος inſu-
Portus la. Portus à portãdo, locus iuxta ma
re cõcluſus, quo importanť merces &
exportantur, ubi naues tuto hyemare
poſſunt, & hoc differt à ſtatiõe, in qua
Iſthmos ad tẽpus ſolũ breue naues ſtant. Iſth
mos eſt arcta terra inter duo maria. In
ueniuntur uero duo iſthmi, qui pro-
prie iſthmi dicuntur, Corinthiacus &
Thracius. Fretũ opponiť iſthmo, nã *Fretum*
eſt mare anguſtũ inter duas terras, ut
eſt fretũ Herculeum inter Hiſpaniã &
Mauritaniam. Græci πορθμὸν uocant.
Alij putãt fretũ deriuari à fremitu un-
darum, ut eſt fretum Siculum, quod eu
ripus quoq; uocatur Taurominitanus.
Lacus eſt qui perpetuã habet aquã. *Lacus*
Stagnum uero, quod temporariam *Stagnum*
habet aquã, hoc eſt, hyeme collectam
ex pluuia. Palus eſt aqua nimis pro *Palus*
funda & latiſſimè diffuſa. Fluuius di *Fluuius*
citur, quod fluat. Amnis, quod ambien
do & circuẽundo fluat. Regio dici- *Regio*
tur prouincia, quòd à regibus regatur.
Vrbs et oppidũ ædificia cõtinẽt. Ci *Vrbs*
uitas uero ciues. Mõs eſt pars terræ al- *Ciuitas*
ta & eminens. Ramentũ montis, mons
eſt ex alio ortus monte. Promontoriũ *Promontoriũ*
à prominendo, pars eſt montis, quę in
mare excurrit. Mare eſt collectio ma *Mare*
gna aquarum. Oceanum dicũt eſſe ma *Oceanum*
re, quod uniuerſum circuit terram, & in
quo, ueluti in inſula, totat natat terra.
Hic & mare magnum uocatur. Marè *Mare mediter*
mediterraneum ab occaſu ingreditur *raneum*
terram, & eſt primum anguſtũ, & uelu
ti per fauces apud Gaditanos terrã in
greditur, nec amplius decem millibus
paſſuum patens terras aperit atque in
trat, tum longe lateq; diffuſum, littora
Affricę et Europę uſq; adeò diſtendit,
ut à Liguria in Africam undecim ferè
numerentur latitudinis gradus. In fau
cibus autem Abydenis non eſt latitu-
do quartæ partis unius gradus, ubi ſci-
licet Xerxes rex Perſarum fecit pon-
tem ab Aſia in Europam per arctiſſi-
mum illud mare, cum oppugnare co-
naretur Athenienſes. Inde mare rurſus
modice ſe laxat in Propontidem, quæ *Propontis*
in boſphoro Thracio pro Conſtanti-
nopolim iterum in tantas contrahitur
anguſtias, ut etiam teſte Plinio alituũ
cantus, canumq; latratus utrinq; audi-
antur: niſi cum uenti uocis ſonum au-
ferunt. Hinc rurſum conſurgit latiſſi-
mum mare Euxinum quod uerſus ſe- *Euxinũ mare*
ptentrionem per boſphorum Cimme *Boſphorus*

rium ueluti per fauces tranſmittitur in paludem Mœoticam. Incipit igitur mare mediterraneum in Hiſpaniæ extremitate iuxta Gaditanos & deſinit in paludem Mæoticam, acceptans alia in alijs locis cognomina. Iam enim uocatur Balearicum, iam Liguſticum, Tyrrhenum, Carpathium, Aegeum, &c. Hoc mari & duobus inclytis amnibus Tanai & Nilo, terra in tres partes diuiditur, Europam, Africã & Aſiam. Et hæ rurſum in uaria regna, prouincias, principatus, ducatus, etc. diſtinguunt, de quorum ſitu, nominibus, habitatoribus, moribus, ritibus, fertilitatibus et alijs id genus proprietatibus, ut hodie omnia diligẽter à Coſmographis ſunt explorata & cõſcripta, nunc nonnihil dicemus, nedum de regionibus nobis propinquis, uerum & de his quę lõge ab Europa ſitę deprehenduntur, exordium ſumẽtes ab Hiſpania prima Europæ continente regione.

Palus Meotica

Hiſpaniæ ad Galliam comparatio.

HIſpania uini, frumenti & carnium copia uincitur à Gallia, eorũ bonitate & ſapore uincit. Pluuiarum multitudine Gallia fœcũda, Hiſpani irriguis aquis plurimum utuntur, foſſas à magnis fluminibus longiſſime trahendo. Septentrionalibus uentis & frigoribus hæc ut illa nõ fatigatur: unde oleum, mel, crocum, rubiam, minium, coccum, ſaccarum, ſpartum, libanotidem, limones, cappares, dactylos, citrea mala & punica: alioſque aromaticos fructus abundantius producit. Hiſpanorũ temperatura calidior ſicciorq́;, & color obſcurus: Gallorũ frigidior, humidior, caro mollis, & albicans color. Gallicarum fœminarum maior ad prolem fœcunditas quã Hiſpanicarum. Grandioribus corporis membris Galli muniti, Hiſpani durioribus, arctiſsimo ad cingulum corpore. Galli maiori ferocia quàm arte pugnãt, & plus uirium quã conſilij in bella ferunt: Hiſpani contrà. Eſt ſemper Hiſpania equorũ pernicitate commendata, quos leuis armaturæ equites tybijs cõtractis pulchre obequitãt, haſtiludia & militares omnes actus ſæpius quàm Galli exercentes: ſunt tamen Gallorum cataphratti equites in precio. Galli ore libero, Hiſpani taciturni qui diſſimulare melius norint. Galli lęti, alacres, & in conuiuia proni, hypocriſim & grauitatẽ quam ſeruant ſubtriſtes Hiſpani, penitus refugiũt. Sunt enim Hiſpani in ſympoſijs minus ſociales, cerimonioſi, aliquam ſeueritatem affectantes, quod Galli non curant. Merũ potãt Galli, Hiſpani multa aqua dilutũ. Apud Gallos aduenæ humaniſſime excipiũtur hoſpitijs, nullum cis denegatur officium, ad uictũ omnia parata proponũtur. Apud Hiſpanos duriter & inciuiliter, ut itinere feſſus ſibi cibum uicatim quærere cogatur. Id efficit quòd Hiſpani nõ ſunt in itineribus ita frequẽtes, noluntq́; tã largiter pro edulijs pecuniam effundere: nec ad ſeruitia exhibenda ita ſunt proni, ut nec principi cuiuis ruſticus operam dignetur impendere, ſi uiſum non fuerit. Sic inueni Hiſpanũ de Hiſpanis ſcripſiſſe, qui nunquam Hiſpaniam uidi. Id quod Damianus quidam Hiſpanus coẽgit me annotare. Hiſpanicus ſermo grauior. Gallicus ſuauior. Elegantiori inter Hiſpanos oratione Caſtellani latiſſimi populi utuntur: in Gallia uix ſcias quæ urbs uerè Gallice loquatur, ut ſit ſermo ille magis nobilium & curialium, q̃ alicuius certi loci peculiaris. Eſt etiã Hiſpanicus ſermo latino propinquior. Latior ſolo Hiſpania, ſed non ita populoſa: aruo ditior, ſed nõ mercaturæ negociatiõe: nec tot redditus ex hac ſicut ex illa regi colliguntur. Gallici ſoli nulla ferè pars eſtocioſa, Hiſpanici plura ſunt inculta & deſerta loca. Aucupiũ et uenatio maior in Gallia, & plures altilib. etiã ſi carius emptis, ueſcunt. Ex Hiſpania in Galliam mercatores deferunt Serici, & omnis generis pãnos, lanas, crocũ, ſaccarum, orizam, oleũ, alumen, grana tinctorum, gemmas & aromata ab Indis

Galli feroces

Merum

ſermo

Mercatura

accepta. Ex Gallia in Hiſpaniam fru/
mentũ, Lineas telas, filũ paſtel, libros,
& minutiora alia mercimonia, pluri/
ma, ut gladios, ſpecula, acus, &c. Eſt
Gradus nobilitatis in Hiſpania principum uirorum, Du/
cum, marchionum, comitum, & baro/
num ingens numerus. In Gallia eſt qui
dem nobilium copia, ſed maiorum di/
gnitatum pauci admodum principes:
quod regis opulentiam auget, qui ſo/
lus omnia poſſidet. Duces numeran/
tur in Hiſpania uiginti, quorum cuiuſ/
que annuus cenſus quinquaginta ac ſe
xaginta ducatorum millia cõficit. Mar
chiones uiginti, tantundem ferè reddi
tuum percipientes. Comites ſexagin/
ta, quorum annuus redditus à decem
ad uiginti milia eſt ducatorum, & ali/
quorũ plus quàm quinquaginta. Alij
uicecomites, barones, prouinciarum
pręfecti, quos uocant adelantados, ui/
cereges, gubernatores, mariſcales, al/
caldes, omnes principes uiri, mihi ſunt
incomperti. Sunt ordinum equitũ ma/
gni Magiſtri, ut Sancti Iacobi Alcan/
tarę, Calatrauę, Rodienſium ſancti Io
annis, Monteſæ, equitum quos uocant
de Chriſtus, & alij cognomento Da/
uis. Horum cuiuſque redditus millia
ducatorum eſt quinquaginta & plus.
Ecclesiasticæ dignitates Quo ad eccleſiaſticas dignitates ſupe
rior eſt numero Gallia, nam Archiepi
ſcopos habet duodecim, Epiſcopos
nonaginta ſex: Hiſpania Archiepi/
ſcopos nouem, Epiſcopos quadragin
ta ſex. Cardinalium in utraque par nu
merus, nempe octonarius. Apud alios
inuenio duntaxat ſeptem archiepiſco
patus in Hiſpania, nempe Tarraconẽ
ſem, Cæſarauguſtanum, Toletanum,
Compoſtellanum, Braganum in Por
tugallia, Vlixbonenſem, & Granaten
ſem. Redditus horum maiores in Hi/
ſpania, ut unica Toletana eccleſia du/
centa millia ducatorum annuatim col
ligat, & ſolus Archiepiſcopus octua/
ginta millia. Reliquorum omnium
cenſus & nomina deſcriberem, niſi eſ/
Parlamenta ſem forſan lectori moroſus. Vice par/
lamentorum Galliæ, quatuor ſunt in
Hiſpania iuridici cõuentus, in Caſtel/
la, Granata, Galicia, & Nauarra. Cæ/
terum iuriſperitorum & foro litigan/
tium multo maior in Gallia numerus.
Fidei quos uocãt inquiſitores in Mar/
ranos hęreticos & Sarracenos magnã
ſibi in Hiſpania uendicant autorita/
tem, & ſeueriſſime animaduertunt.
Eſt aliud iuſtitię genus mirabile, quod
uocant Hermandad. eſt enim ciuiũ fra *Hermandad*
ternitas iurata, ut in ictu campanæ ex
urbibus ſingulis multa hominum mil
lia armati prodeant, & eũ qui delique/
rit per uniuerſam prouinciam perſe/
quantur, nuncijs curſoribus ad alias
omnes ciuitates præmiſſis, ut penè im
poſſibile fuerit euadere. Deprehẽſum
palo uiuum alligatum ſagittis confici
unt. Regna fuerunt in Hiſpania Mau *Regna Hispaniæ*
rorum tempore plurima, nuper quin/
que reges totam obtinuerunt, Caſtel/
lę, Aragonum, Portugalliæ, Granatæ,
Nauarræ. Vnus hodie Carolus Cæſar
rerum omnium potitur, Portugallia
excepta, quæ proprium habet regem.
Inquietus eſt & magna moliens Hi/
ſpanorum animus, felicis ſunt ingenij,
ſed quidã infeliciter diſcũt. Semidocti,
iam ſe doctos putant, ſapientiã maio/
rem quàm habeant ſimulatione & uer
boſitate quadã oſtentant, ſophiſticen
plus ſatis diligunt, lingua Hiſpanica
plus quàm Latina in Academijs loqui
gaudent, quin & Maurorum uocabula *Hodie tamen*
plurima uſurpant: tandẽ multis nomi/ *multi cultiores*
nibus & cõſuetudinibus barbariẽ co/ *& ſynceriores*
lunt. Ingenij ſui monumenta in poſte/ *res emergunt*
ros & circunuicinas gentes ob linguæ
defectum raro producunt, & ipſi ſem/
per aliunde libros emendicant. Illud
certe barbarum à Gallis cẽſetur quod
Hiſpanicę fœminę aurea uel argentea
uirgula aurium ima perforant, gem/
ma aliqua ut plurimum appenſa. Li/
gneo etiam circulo uentrem ambiunt,
ut latiore inceſſu pompoſiores appa-
reant. Nec domo egrediuntur, niſi fa-
mulorum præcedentium & ancillarũ
ſequentium comitante caterua: Galli
cę uero ſimpliciter, & una uix pediſſe

qua comite. Illud in Hiſpanicis fœminis laudandũ, quod priſcarũ Romanarum inſtar uino plurimum abſtinẽt, illud uituperandum, quod collyrio, minio & ceruſa faciẽ deformant, quia natiuo colore ſunt minore quàm Gallicæ. *Deformant facies* Habẽtur etiã Hiſpani in religionis ritibus ſupra mortales omnes ſuperſtitioſi: per regis ſoliũ & eius uitam gẽtilitio more iurãt, & oſculo manuũ in ſalutationibus ſupplicant. Nomen aliquod à paucis annis bellica fortitudine Hiſpani ſunt adepti plurimis ab hoſte partis uictorijs, ut qui laborũ, ſitis, & famis in acie ſint tolerantiſſimi, & in ſtratagematibus cautiſſimi, leui corpore, ut facile hoſtẽ fugiant & ſequantur. *Frugalitas* Frugalis uitę ſicut & Itali, nec tantum cibi & potus ut Galli & Germani abſumẽtes: niſi ſint inuitati. nã tunc ſe ad ſaturitatem explent edulijs, quia rara eis & maiori auiditate accidũt cõuiuia. Oceani nauigationibus ad incõpertas regiones toto orbe ſunt clariſſimi. Verſus meridiẽ Africę fines primi circũnauigauere, aduſque Calecut & alias orientis inſulas: quod iter Luſitanorum ſiue Portugalenſium eſt peculiare. *Nauigationes* Ad occidentem Caſtellani progreſſi, poſt inſularum auro diuitũ multitudinem, quam inuenere & imperio ſuo ſubiecere, ad ipſum etiam Orientalis Indiæ cõtinentem ſunt perducti: in quo indies magis & magis luſtrando perſiſtunt. Regionum quoq; quæ ſub Auſtrali polo ſunt, notitiam nuper adepti. De Hiſpania Ioſephus & antiquus Beroſus ſic ſcribunt: Tubal nepos Nohæ primus in Bætica fuit rex, condiditq; urbẽ & à ſe Tubal denominauit. Is cum rem pecuariã cum ſubditis exerceret, uicinã prouinciã Tarraconẽſem appellauit, quaſi תורא קניא quod ſonat boum poſſeſſionẽ. Poſt eũ regnauit Iberus, à quo fluuius Iber & regio Iberia denominationem accepérũt. *Iberia* Sextus rex uocatus fuit Bætus, à quo & regio illa Beticæ nomen ſortita eſt. Decimus rex, Hiſpanus, uel ut alij aſſerunt, Hiſpalus appellatus fuit, à quo & tota regio, Hiſpaniæ nomen adepta eſt. *Hiſpania* Duodecimum regem aiunt fuiſſe Heſperũ, à quo Hiſpania quoq; Heſperia appellata eſt. Decimusſeptimus fuit Luſus, unde Luſitania nomẽ accepit. Et cum Romani rebus in Hiſpania potirentũ, diuiſa eſt regio in Bæticam & Tarraconẽſem, durauitq; hæc partitio uſque ad tempora Attilæ, qui aliam in regione illa fecit prouinciarũ diuiſionem. Nouiſſime in quinque diſcriminata eſt Hiſpania regna, nempe Galiciæ, Nauarræ, Caſtellæ ſeu Caſtilię, quæ & Legionis regnũ uocata eſt, Cataloniæ, cui & Arragonia annexa eſt, Portugalliæ & Granatæ, Gallieciæ regnum amiſſo legitimo hærede Tarraconenſi incorporatum eſt.

Inter duas Baleares inſulas, maior abeſt ab Hiſpania diei unius nauigatione. Minor ad orientem ſpectat nutriens plurima utriuſque generis armenta, præcipue mulos, qui & ſunt magni & ſonora uoce. Vtraque inſula fertilis eſt, referta habitatorib. qui ſcilicet 30. hominum millia excedunt. Oleo olim caruerunt, ac hodie eo abundant. Habitant in ſaxis concauis, iuxtaq; præcipites petras. Aureo nummo aut argenteo non utuntur. Mulieres ſupra modum diligunt, ut mulierem à prædonibus captam, tribus aut quatuor redimant uiris. Cùm olim cum Carthaginenſibus militaſſent ex ſtipendio impenſo, mulieres ac uinum emptum ſecum tulere. Funda utũtur in prælio, & iaciũt lapides ita robuſte, ut ab aliquo tormento lapis miſſus uideatur. In urbium expugnatione lapidũ iactu eos qui ſupra ex propugnaculis mœnia tuentur, uulnerant. Ita recte propellunt lapides, ut raro effugiat ictũ appetitus locus, quod ei cõtinuus à pueritia uſus præbet, à matribus ad id certamen coactis. Imponunt enim ſupra erectum lignum panẽ pro ſigno quod iactu petant, neq; antè cibum capiũt, quàm panem lapide eiectum pro cibo ſumunt permiſſu matris.

Quorum

Quorundam priſcorum nominum tranſmutatio.

Ana flu. nunc *Guadiana*
Bætica, nunc *Granata*
Bætis flu. *Guadalqueuir*
Iunonis templum *S. Maria*
Bælon. *Tariffa* Barbeſola *Berbeſul*
Calpe mons *Mons Gibraltar*
Abdera *Almeria*
Balaris *Baria* Ilurgis *Illora*
Iulia *Belia* Obulcum nunc *Vbeda*
Illipula, nunc *Ilipa*
Illiberis *Granata*
Oſca, nunc *Huſcar, Gueſcâ*
Iſpalis *Sebilla* Aſtigis *Ecija*
Gadira, Gades *Calix, Calitz*
Luſitania *Portugallia*
Sacrum promont. *Cap. S. Vincentij*
Olioſipon *Lisbonâ*
Doria flu. *Duero*
Pax Iulia *Pace & Badaioz*
Norba Cæſarea *Alcantar*
Auguſta Emerita *Merida*
Geræa *Caceres*
Flauum Brigantium *Compoſtella*
Eaſo *S. Sebaſtianus*
Carthago noua *Cartagena*
Alone *Alicante* Iber flu. *Ebro*
Tarracon *Tarragona*
Barcinon *Barſelona*
Rubricatus fl. *Lobregat*
Blanda *Blanes*
Emporiæ *Empories*
Idubeda mons *Iubalda*
Nouium *Nois*
Vxama *Oſmes*
Tagus flu. *Taio flu.*
Celticum promont. *Algarbenfiniſterræ*
Numantia *Soria*
Pompelon *Pamplona*
Gerunda *Girona*
Gallica flauia *Fraga*
Aquæ calidæ *Vicus, Vich*
Lucus Auguſti *Oluca & Lugo*
Germanica legio *Leon, Legion*
Brigætium *Ouiedo*
Bracara Auguſta *Braga*
Araduca *Arzua*
Pallantia *Palentia*
Octodurum *Toro*
Pintia *Vallis oletana & Valla dolit*
Cantabri *Bizcaia regiõ*
Vellica *Victoria*
Brauum *Burgus*
Virueſca *Brineſca*
Segortia *Segouia* Oliba *Olit*
Minius *Migno*
Templum Veneris *Cap. de Creus*
Cæſar Auguſta *Sarragoza*
Dertoſa *Tortoſa*
Bigerra *Beiar*
Ilerda *Lerida, Leida*
Mantua *Madrid*
Complutum *Alcala*

De Britannia & Hibernia

BRitanniç inſula diuiſa eſt
in Angliã Vualliã & Sco
tiam. Subdiuidit̃ Vuallia
quæ & Cãbria, & populi
Vuales, in Cornubiã, ſi-
ue Cornuualliam quæ ab ipſis Corne *Cornubia*
ual dicitur ad promontoria quç Ptole
mæus uocat Damnoniũ & Ocrinum;
quos populos ipſe Cornabios appel-
lat. Item in partẽ eam quæ eſt inter Sa
brianã & Deuã flu. ubi regio quædã di
cta Venodocia, hodie Noruualia, &
populi Northuuales, id eſt, ſeptentrio
nales Vuales, ab alijs dicti Norgales:
& regio altera ſiue prouincia dicta De *Vuallia*
mecia, hodie Southuuallia, & populi
Southuuales, id eſt, meridionales Vua
les: & prouincia alia dicta Vueſtuual-
lia, id eſt, occidẽtalis Vuallia, & popu
li Vueſtuuales. Angliæ & Vualiæ rex
unus imperat, Scotiæ alter. Sita inſu-
la eſt in Oceano inter ſeptentrionẽ &
occidentẽ, undiq; à circũfuſo mari cõ-
plexa, nuſq; iũcta Cõtinẽti, ſed ab om
ni orbe diuiſa. Hęc primo Albion, ab *Albion unde*
albis rupibus (quę primũ illuc nauigã-
tibus apparẽt) dicta eſt. Poſtea Britan
nia appellabatur à Bruto Syluij Poſt-
humi latinorũ Regis filio, Duce quo-
rundam Troianorum, qui quadragin-
ta annis poſt Troiam à Græcis deletã,
claſſe in hãc inſulam uenere: atq; Abo
rigenes, tunc eam incolentes ad unum
occidere, uerum poſt Bruti obitum ſu
perior inſulæ pars Loẽgria dicta eſt, à
Locrino Bruti primogenito, nunc An

glia ab Anglis Saxonibus Germaniæ
populis qui eam incoluere, & Brito-
nes ferè omnes in Valliam expulere,
tertiam inſulæ partem, quæ olim Cam
bria à Cambro Bruti filio uocata eſt.
Partem uero inſulæ inferiorem in Se-
ptentrionem uergentem (quæ antiqui-
tus Albania ab Albanaco Bruti filio)
Scoti occupant, à pictura corporis ſic
Scotia nuncupari, à quibus Scotia dicta, Gal
lis amiciſſimi, Anglorumq; Regi ma-
xime infeſti. Hæc pars tenui freto ab
occidente, Tueſi fluuio ab Oriente, &
medio Ordolucis montibus, quos uo-
cant Cheuiet, ab Anglia dirempta eſt.
Indiſcreti Scotorũ habitus, indiſcreta
ferè omnia, eadem ferè lingua, iidem
mores, ſubita ingenia, & in ultionem
pna, ferociaq;. In bello fortes, inediæ,
uigiliæ, algoris patientiſſimi, decenti
forma, ſed cultu negligentior: inuidi
natura ac cæterorum mortalium con-
temptores: oſtentant plus nimio nobi-
litatẽ ſuam: ut in ſumma etiam egeſtate
ſuũ genus ad regiam ſtirpem referant,
necnon dialecticis argutijs ſibi blandi
untur: gaudent mendacio, nec pacem
coluntut Angli. Lapidũ carbonum ad
calefaciendum eſt uſus ita cõmunis, ut
mendicantes à prætereuntibus eos in
Triquetra Britannia eleemoſynam petãt: Inſula hæc Trian
gulari eſt forma, & Siciliæ maxime ſi-
milis: quæ ab ortu Germaniam, à meri
die Galliam, ab occaſu Hyberniã in-
ſulã & à Septẽtrione orchades 30. pro
ſpicit. Huius lõgitudo à Toreneſia, in
Cornubia, uſq; Cateneſiam in Scotia
800. millibus paſſuũ: latitudo ſcilicet à
Menenia, in Vuallia, uſq; Dorobernt-
um 300. millibus paſſuum: & ambitus
3600. millibus paſſuum conſtat. Cæſa-
ri commentariorũ lib. 5. uicies centum
millibus paſſuum conſtat, nam latus
contra Galliam à Cautio ad Dannoni
um 500. occidentale 700. tertium latus
800. milliaria continet. Loca ſunt tẽpe
ratiora, quàm in Gallia, remiſſioribus
frigoribus, caloribusq;: opima frugi-
bus, atq; arboribus, & alendis apta pe-
coribus, ac iumentis, quorum eſt ma-
gnus numerus, & præcipue ouiũ, quia
nulli ſunt lupi. Vinum olim nõ gigne
bat, iam uero uineas habet in quibuſ-
dam locis, habet aurum, argentum, fer
rum, plumbum, ſtãnum, & carbonem
abunde, hinc efferuntur pelles, & ca-
nes ad uenandum aptiſſimi, habet præ
grandia flumina piſcoſa, alternis moti
bus bis cottidie modo in pelagus, mo-
do retro fluentia, habet fontes ſalina-
rũ habet & fontes calidos, habet gem-
mas, margaritas, & lapidem Gagan-
tem plurimum optimumq;. Dies lon-
giſſimus horarũ 18. deprehenditur, &
æſtate lucidæ ſunt noctes. Hominũ eſt
infinita multitudo, qui diu (ut ait Plu-
tarchus) uiuunt. Anglorum lingua ex *Lingua*
populorum diuerſitate cõpoſita, intel
lectu, ſcientiaq; loquendi difficilima
eſt. In bello ſunt intrepidi, optimiq; ſa
gittarij, opulentiſſimi, & mercimonijs
uel maxime dediti, celebresq; nobili
panno, ob bonæ lanæ copiam.
Præter alia muſicam, & lautas men-
ſas proprie ſibi uendicant. Cæruleis
ſunt oculis, & facie adeò ſunt uenuſta,
& ſtatura procera, ut beatus Grego-
rius cum forte Anglorum pueros Ro
mæ uideret uenales (alludens patriæ
uocabulo) Bene, inquit, Angli dicun-
tur, quia uultu nitent ut Angeli, opor-
tet illis iter ſalutis æternæ adminiſtra-
re: quod factum eſt, ut ait Beda, anno
à uirgineo partu, 156. Lucio Britanno-
rum Rege id per epiſtolã ab Eleuterio
Papa poſtulãte, Antonio & Commo-
do Romę imperãtibus. Sũt in Anglia
Archiepiſcopales ſedes duæ, Cãtuari *Epiſcopatus*
enſis & Eboracẽſis, Epiſcopales 19. ci
uitates ferè 50. oppida 136. prouinciæ
63. Ducatus uero & comitatus pauci
admodum. Hybernia alia inſula huic *Hybernia*
uicina quam Hyrlandiam uocant, An
glorum regi paret, ad occidentem po-
ſita, dimidio quàm Britannia minor.
Adeò pabuloſa eſt, ut ibi pecuaria (ni-
ſi æſtate à paſtibus arceantur) in pericu
lum agat ſaties. Nullum noxium ani-
mal gignit, non aranean, non ranam,
nec alit aliunde inuecta. Omnia noxia

anima

animalia ab alio aſportata ſolo, pulue-
ri iniecta necat. Apes in ea non repe-
riuntur, mira cœli temperies, fertilitas
inſignis. Gens tamen inhoſpita, incul
ta, & crudelis. Venationi & ludis, ma
gis quàm agreſtibus operibus dediti.
Porrò de Scotia & Hybernia Polydo
rus ita ſcribit: Scotia alterũ huius in-
ſulæ regnum, paſſim portus habet tu-
tos & aditus marinis aquis peruios,
itẽ lacus, paludes, fluuios, fontes lon-
ge plenisſimos piſcibus, necnon mon
tes & in ſummo montium æquatam
agri planitiem, pecoris pabulum uber
tim ſuppeditãtem, ſyluasq; feris pluri-
mum abundantes. Quorum illa loco-
rum commoditatibus etiam ſuſtenta-
ta, minus unquã debellari potuit, cum
ad ſyluas & paludes præſtò ubiq; gen
tium ſit profugium & ad famem tole-
randam ferinæ carnis ac piſciũ paſtus.
Circum Scotiam in Hybernico mari
ſunt amplius 40. inſulæ, à Plinio Bri-
tanniæ dictæ, quas alij Meuanias, alij
Hebrides appellant. Harum plures in
longitudinem minimum patent mil-
lia paſſuũ 30. in latitudinẽ uero haud
plus 12. In ijs Iona eſt, ueterum Scoto-
rum regum ſepulchris clara, incolæ au
tem omnes hybernice loquuntur, id
quod declarat eos ab Hybernis origi-
nem ducere. Vltra Scotiam uerſus ſe-
Orchades ptentrionem Orchades inſulæ ſunt nu
mero autore Ptolemæo 30. partim in
Deucalidonico, partim in Germani-
co ſitæ oceano, quarum caput uocant
Pamoniam, quod in ea locata ſit epi-
ſcopalis ſedes, quæ ſub Scoti imperio
ſunt. Inſulani lingua utũtur Gothica,
quod arguit eos à Germanis oriũdos.
Statura ſunt procera, ſemper ſano fer-
mè corpore pariter atq; mente, quo fit
ut multo longiſſimam degant ætatem,
& piſcibus plurimum uictitant, nam
terra continuo propemodũ frigore ob
ſita, multis in locis uix frumẽtum fert,
arborem uero penè nullam. Poſt Or-
Thyle chades Thyle eſt, quam nunc Iſlam di-
cunt. Ab ea unius diei nauigatione, ut
ait Plinius, mare concretum, in quo
Iſlandia eſt, ad quam etiam nunc mer-
catores Angli piſces emendi cauſa in
ſingulos annos æſtate commeant. Et
quia uerſus Arcton ultima eſt, idcirco
ſunt, qui eam Thulen eſſe arbitrentur.
Cæterum Scoti qui meridionalem in-
colunt partem multo meliorem, bene
morati ſunt, & ut humaniores lingua
utũtur Anglica, & cum raræ hic ſyluæ Mores Scotorũ
ignem faciunt ex lapide nigro, quẽ ex
terra effodiũt. Alterã ſeptentrionalem
ac montoſam, tenet genus hominum
longe duriſſimum ac aſperum, qui ſyl
ueſtres dicuntur. Hi ſago & interiore
tunica hybernico more, tincta croco
amiciuntur, nudisq; genutenus tibijs
incedunt. Arma ſunt arcus & ſagittæ,
cum enſe admodum lato, & pugione
una tantum ex parte acuto. Omnes hy
bernice loquuntur, quorum uictus in
piſcibus, lacte, caſeo & carne cõſiſtit,
quapropter magnum pecoris nume-
rum habent. Differunt ab Anglis Sco
ti legibus & inſtitutis, quia iſti ciuile
ius uſurpant, uti cæteræ fermè gentes,
illi uero municipale tantum habent.
Quædam alia indiſcreta ſunt, lingua,
ſicut dictum eſt, eadem: idem habitus
corporum, eadem in bello ferocia, ac
nobilitati idem à pueris uenandi ſtudi
um. Domicilia ruri anguſta, ſtramẽtis
aut paluſtri arundine tecta, in quibus
ipſi pariter ac pecora ſtabulantur. Op
pida extra ſanum Iohãnis, nullis ſunt
cincta muris. Valent item ingenio, id
quod doctrina declarat, nam ad quan-
cunque ſe applicant artem, in ea facile
proficiunt.
Hybernia inſula in Oceano inter Bri- Forma Hyber-
tanniam atq; Hiſpaniam poſita, ab or nia
tu habet ipſam Britanniam unius diei
nauigatione propinquam: & Galliam
ab Auſtro, Hiſpaniam trium dierum,
ut aiunt nauali curſu affinem ab occi-
dente: Oceanum infinitum à ſepten-
trione, nec multum diſtat à Scotia. For
ma eius oblõga ad ſimilitudinem oui,
ac à meridie, ut etiã Britãnia eſt, in ſe-
ptentrionẽ protenſa, ubi latior eſt. Hy
berniam ab Hybero duce homine Hi
ſpano

ſpano nominatam ferunt, qui primus magna hominum congregata multitudine eam occuparit: ſiue ut alij ſentiũt, id nomen tulit ab Ibero flumine Hiſpanię celeberrimo, quod illius accolæ primi inſulã habitaſſent: aut ab hyberno tẽpore, quia ad occidentẽ uergit, ſed illud uериſimili⁹ eſt, ut uel à duce Hiſpano uel à flumine Ibero dicta ſit, quãdo Hyberni cum habitu corporũ, tum uiuendi ritu atq; moribus non ualde diſcrepant ab Hiſpanis uicinioribus. Scoti à Scythia profecti expulſis prioribus incolis, aliquandiu Hyberniam tenuerunt, ab ſeq; Scotiam appellarũt. Sed poſteaquam illi longo poſt tẽpore Pictis ſuę nationis hominibus fœdere iuncti ſupremam Britannię partem, quæ ad ſeptentrionem uergit, occuparunt, & ipſi Hyberniæ ſenſim priſtinũ nomẽ reditũ eſt, & pars illa Britanniæ à Scotis occupata, Scotia dicta eſt. Spacium Hyberniæ dimidio minus quàm Britanniæ æſtimatur, quod non amplius milliarijs 300. in longitudinẽ, & 90. in latitudinem pateat. Ceterum ſolum & cœlũ haud multũ differt, niſi quod Hybernia montoſior eſt, & aquarum abũdantior, quippe quę in æditiſſimis etiam montibus paſſim paludes & ſtagna habet. Mira cœli temperies, fertilitas terræ inſignis, & ſi Hyberni agriculturæ parum ſtudẽt. Nullum gignit uenenoſum animal, nec aliunde illatum nutrit. maleficum habet lupum & uulpẽ: reliqua omnia animalia mãſueta & corpore minora quàm alibi. Hybernia omnis diuiſa eſt in quatuor partes, quarum unam quæ ad auſtrum ſpectat Momoniam appellãt, alteram, borealem Hultoniam, tertiam quæ ad ortum ſolis uergit, Laginiam: quartã occiduam Connaciam. Parent regi Anglo, unde & mores imbibunt honeſtiores. Momoniam à Laginia Suerus flumen qui ad Varfordiam portum facit, quo ex Anglia breuior eſt trãſmiſſus, & à Connacia Sinneus diuidit, cuius principalis occidẽtalis oræ ciuitas eſt Lamiricum, quod Sinneo omnium totius Hyberniæ fluminum maximo alluitur.

Fertilitas Hyberniæ

Nominũ quorundã in Anglia & Scotia mutatio.

Iuuerna *Ibernia*
Iuernia *Irlandia*
Bubinda flu. *Sleyne*
Voluntij *Voluntij*
Regia *Rigia*
Albion *Anglia*
Deua flu. *Dee*
Tiſobis flu. *Conwey*
Tuerobis flu. *Abedeuy*
Ratoſtathybius *Vſta, Vsk*
Bolerium *S. Burien.*
Tamarus fl. *Tone*
Cantium promont. *Kent*
Ripa alta *Roxenburg*
Varar *Dunbor*
Celnius flu. *Ale*
Vedra flu. *Were*
Iameſa æſtuarium *Tameſis*
Vodiæ *Gansforda*
Sacrum promont. *Salanga.*
Logia flu. *Bone flu.*
Blani *Ebdani*
Mona inſula *Man*
Britannia *Albania*
Nouius *Cloit*
Stuccia flu. *Scynt*
Tobius flu. *Towne*
Sabriana *Seuerne*
Ocrinũ promont. *Mons S. Michaelis*
Iſaca flu. *Ex*
Cantuaria *Canterbury*
Loxa flu. *Fryth flu.*
Tueſis *Tuuede*
Diua flu. *Swanſpek*
Abus flu. *Humber*
Oxellum *Cheſtre*
Alata caſtra *Edenburg*
Tueſis *Berwik*
Caturactonium *Catrdulia*
Mediolanium *Mancheſter*
Lindum *Lincolnia*
Londinum *London*
Aquæ calidæ *Bathe*
Counium *Dorceſtre*
Tamare *Tauerſtock*
Legio *Leskerd*
Vectis inſula *Wyht*

Orrea

Orrea *Neucaſtel.*
Deuana *Banburg*
Eboracum *York, Ghorck*
Deuana *Doncaſtre*
Caleua *Oxonia*
Luentinum *Foutesland*
Venta *Briſtoun*
Vxella *Krekhornwel*
Iſca *Exceſtre*
Toliapis *Teno, Tenet*
Cöunos *Schepey.*

De Gallia.

GAllorum nomen magno fuit olim Romanis, Grecis et Aſiaticis errori, capta diruta'que ab eis Roma, uictis Macedonibus, & ſubacta ea Aſiæ parte quę ab eis Galatia ſiue Gallogręcia dicta eſt. Mira fœminarū Gallicarum fuit & eſt fœcunditas, ut plurimas ſemper emiſerit Gallia colonias: nec hodie poteſt Gallicū ſolū eos ferre, quū multa milia, inferioris ſortis homines, in Hiſpaniam ac Germaniam quotannis migrent. Soli item fœcūditas non minor, ut Itali & Hiſpani ſępiſſime ſoleāt à Gallis frumēta deſiderare, unde Mātuanus: terra hominum frugum'que ferax. Galli primo dicti à lacteo et candido colore, γάλα enim lac dicitꝰ. *Fràcia* Franci hodie uocātur à Francis Germaniæ populis, à quibus Gallia ferè tota ſubacta eſt. Si mores hominū noſſe cupis, ignea mens Gallis, mobile pectus, rerum ſitibūdi nouarum, læti, alacres, & in conuiuia proni. Cauſidicorum nomen apud Iuuenalem obtinuere Galli, hodie'que tenent; ut qui forenſia litigia pro re interim minima concitent: quod Germani & Hiſpani nunquam niſi coacti faciunt. Vnde affirmare auſim plures eſſe aduocatos, procuratores, & tabelliones in una Gallia quam in decem Germanijs ac Hiſpanijs. Senatorum ordines, *Parlaméta* Parlamenta uocant, in aliquot urbibus pulchre ſunt inſtituti, ut Pariſijs, Rothomagi, Toloſæ, Burdegalię, Gracinopoli, &c. Quatuor cuique præſides, & cōſiliarij plurimi. Hi quaſi Druidum cōcilij ſucceſſores de rebus magnis et appellatione remota ſententias ferūt, Arreſta uocāt, quæ deinceps pro lege ſeruantur. Nec cauſidicis tantum, ſed aliarū omnium diſciplinarū profeſſoribus eſt Gallia referta. Teſtis Pariſiēſis Academia, poſt ipſam Toloſana iuriſperitorum mater, & aliæ plurimæ: ſed omnium quæ in orbe ſunt clariſſima Pariſienſis. Ad quā uniuerſi ex Europa ferè Chriſtiani ad theologiam, philoſophiam, ac liberales cæteras diſciplinas ediſcēdas concurrunt. Duodecim præterea uiros ex omni nobilitate electos, Frācię *Pares* pares appellatos, à Caroli magni tempore obſeruāt Galli. Sex eccleſiaſtici, quorum tres duces, Remenſis archiepiſcopus, Laudunenſis, et Lingonenſis. Tres comites epiſcopi, Bellouacēſis, Nouionenſis, Catalaunenſis. Secularium tres duces, Burgundus, Normandus, Aquitanicus: comites tres, Flandrenſis, Tholoſanus & Campanus. Horū ſex nullus hodie in Gallia extat; ipſomet Rege illos ſibi titulos uendicāte. Flandriæ porrò comitatum Carolus Cæſar poſſidet cum Burgundiæ comitatu, Holādia & Brabantia. Cætera quę in Galliæ tabula continentur, Rex ipſe poſſidet, excepta Rheni ripa, hoc eſt, exceptis regionibus quæ Rhenum ab occidente contingunt, ut ſunt Heluetia, Alſatia, Vaſtū regnum, Eyſalia, Brabantia, Geldria, &c. Lotharingia etiam proprium habet ducem, ſicut et Sabaudia. Caletes Anglorum Regi parēt. Heluetiorū regio democratia regitur. De rege Galliæ duo memoranda ferūtur, de quibus tamen multi dubitant. Primū, quòd ſit in Remenſi eccleſia uas criſmate perenni redundans ad regis coronationem cœlitus miſſum, quo reges omnes liniūtur: *Oleum cœleſte* Alterum quod Rex ipſe ſolo contactu ſtrumas ſiue ſcrofulas curet. Vidi ipſe Regem plurimos hoc languore correptos tāgentē, an ſanati fuerint nō uidi.

De Gallia Strabo ſic ſcribit. Gallia omni ex parte ſpargitur fluuijs. Qui-

dam oriuntur ex alpibus, quidam ex Pyrene & alij ex Cemmeno mõte, qui prope Lugdunum deſinit. Nõnulli horum fluuiorum in oceanum, aliqui in mediterraneum mare erumpunt. Et ſic naturæ bonitate inuicem ſe habẽt amnes: ut ab utroque in utrunq; mare facile ſarcinæ deportentur, puſillo terreſtris itineris ſpacio, quum plurimum per amnes aut diuerſos aut ſecundos deuehantur. Excellit autem inter fluuios Rhodanus, in quem ex multis locis aquæ defluunt. Aiunt præterea nul

Fertilitas Galliæ

lam partem Galliæ incultam iacere, niſi ubi paludes aut ſyluæ terrã coli prohibent. Vinum tamen non ubique creſcit præſertim in regionibus quæ mare Anglicum attingunt. Vnde de Normandia ſcribunt, quod pecoris & piſcium eſt ferax, frumenti uberrima, pomorum atq; pirorum tam paſſim conferta, ut hinc potũ gens ſibi affatim exprimat, & ad exteros copioſe fructus exportet. Lanificij plebs ſtudioſa eſt & bibax etiam pomacij. Gens omnis ſuapte natura calida, nullis exteris legibus obnoxia, moribus ſuis & cõſuetudinem, quam pertinaciter tuetur uiuit. Normandis ſeu ut alij ſcribendum

Britones

cõtendũt, Nortmãnis, uicini ſunt Britonos ſeu Britãni, qui ex Anglia in eã conceſſerunt terram. Nam cum Britanni olim inſulam Britannicam, hoc eſt, Angliam inhabitarẽt, à Saxonibus ſupra modum uexati, fugã petierunt ultra mare, & terram apprehenſam ſuo nomine ſignarunt, meliorem ſortiti in eo fortunam, in tantum excreuerũt robur, ut qui pridem terram ſuam tueri non poterant, nunc alienam apprehenſam non ſolum defenderent, ſed ex ea reliquam etiam Franciam regibus fecere infeſtam ſemper contumaces, ſemper Francorum regibus infenſi, uſque

Normandia

adeò ut cum poſtea Nortmanni Galliç littora apprehendiſſent et ea ex fœdere regũ tenerent, adiecta eſt eiſdem ducibus Nortmãniæ etiam prouincia Britãniç, licet male eis obediens, ſicut et prius male paruit Francis. Multis tamen ſeculis ducem ſuũ ſortita eſt Britannia uſq; ad tempora noſtra, quo nouiſſimus dux Franciſcus ſola filia relicta decedens, Maximiliano ſpem fecit deſponſandæ filiæ. Sed cũ Maximilianus cõſtituiſſet trãſire per Franciam, prçuenit eum rex Frãciç Carolus octauus, ſibiq; puellam iunxit, & cum moreretẽ ſine prole ſucceſſori ſuo Ludouico, pridẽ Aurelianẽſi duci & ſororio ſuo relictã coniugem habere fecit.

Veterum in Gallia nominum in recentiora tranſmutatio.

Carnutes *Chartres*
Garumma flu. *Garon*
Santonum portus *Rochelle*
Santones *Xantonge*
Cadurcenſes *Cahors*
Auaricum *Chateanneuff*
Auſcij *Auxitani*
Auguſtonemetum *Neuers*
Segodunum *Rodes*
Biducenſes *Normandia*
Cemmeni montes *Cebena*
Bellocaſſi *Baiocenſes*
Andes *Andegauenſes*
Morini *Caletes*
Iuraſſus *Iura & Vogeſus*
Bellouacenſes *Beauuoys*
Menapij *Geldrenſes*
Veromandi *Vermandois*
Triuerij *Treuerenſes*
Cathalanum *Chalon*
Ligiris *Loire*
Pictones *Poictiers*
Lemouices *Limoſin*
Bituriges *Bourges*
Aginnum *Angoleſme*
Auguſta *Aux*
Telauni *Velaye*
Cumuerii *Bigorrenſes*
Calleti *Caletes*
Iuliobona *Honfleu*
Nannetes *Nantes*
Lutecia *Paris*
Adula *Mons S. Gothardi*
Atrebates *Arras, Artois*
Tongri *Brabantij*
Neruij *Tornacenſes*

Veſſõ

Veſſones *Sueßiones*
Mediomatrices *Metenſes*
Triboci *Elſatienſes*
Heluetij *Suiceri*
Viſontium *Biſantium*
Aquæſextiæ *Aix, Aquenſis ciuitas*
Aquæ mort *Aygnes mortes*
Tectoſaces *Langue doc*
Nemauſum *Nimes*
Rhedones *Renes*
Lingones *Langres*
Sequani *Burgundij & Sunggoij*
Allobróges *Subaudi*
Octoduri *Seduni, Valeſiani*
Lacus Lemanus *Gebennæ ſeu Loſannæ lac.*
Neuſtrij *Normandi*
Tuuronica *Tours*

Germania.

GErmaniæ nomen non tam
uetuſtum eſt ut Teutoniæ.
Nam ſcribit Beroſus, Ianũ,
qui et Noë, Tuiſconem fili
um ſuũ in Europã miſiſſe, & illi tradi-
diſſe regnum à Tanai ad Rhenum uſ-
que, à quo Germani diu ab Italis &
Gallis Tuiſci uocati ſunt: quod nomẽ
adhuc in omnium Germanorum ore
Teutones uerſatur. Vocati ſunt & Teutones à
Teutone nono rege, & Alemanni à
Mãno Tuiſconis filio. Germani uero
longo poſt tẽpore ab exteris nationi-
bus p̃ſertim Gallis & Italis dicti ſunt.
Cuius nominis rationem eſſe putant,
quod belli tẽpore fraterno animo com
munia cũ illis tulerint pericula & ſuc-
ceſſus. Vnde Strabo ſeptimo Geogra
phię libro ſic ſcribit: Trans Rhenum
uerſus orientẽ Germani habitãt, gens
forma & moribus nõ prorſus diſſimi-
lis Gallis. Dicit trans Rhenum, olim
enim Galli omnia, uſque ad Rhenum
occuparunt, ſucceſſu aũt temporis bo
na pars Galliæ ab Heluetia uſque Bra
bantiã iuxta ripã Rheni acceſſit Ger-
maniæ, ut hodie Rhenus non ſeparet
Germaniam à Gallijs, ſicut nec Danu
bius qui olim à meridie Germanię fuit
limes, Germaniam dirimit à Rhætis,
Vindelicis & Noricis, ſed iuga alpiũ
ab illa parte Italiam ſecernũt à Germa
nia. Vndiq; enim tãtũ acceſſit Germa-
nię, ut duplo hodie maior ſit, q̃ Strabo
nis, Ptolemæi aut Plinij temporibus ha
bita eſt. Nam Germani omnes regio-
nẽs & populos qui lingua utũtur Teu
tonica, ſibi aſſerunt, quãtumuis uaria
ſit huius linguæ dialectus. Cęterũ Ger
maniæ omnes naturæ dotes tantum ua
riant, cum ijs quæ olim illi, ſi credimus
exteris ſcriptoribus, fuerũt, adeoq; fe-
rè omnia aliter ſe habẽt, ut hæc abun-
de poſſint eſſe argumento (ſi ſcripto-
res nõ mera ſomnia literis mandarũt)
cœlum & regionum naturam mutari,
quãtumuis philoſophi hic reclament.
Sed domini uerbo obediũt omnia ele-
menta. Hoc benedicente & aperiẽnte
manum, terra fert fructum ſuum, ferti-
litateq; omnia implentur. Maledicen-
te & manum claudẽte, ſterilis redditur
terra & omnia pereunt. Sic enim ſolet
eſſe uiciſſitudo in donis dei, mutantur *Mutantur terræ & ingenia*
artes, animi, ingenia, & regna, fieriq;
ſolent mortales poſt uaria accepta do
na, aſſecutasq; uictorias, arrogãtes &
molles, uitijsq; ingnãtur infinitis, qua-
re dominus poſt longam patientiã pu
niens ingratos, aufert fructum à ſeren
tibus; maledicit terræ uni & transfert
benedictionem in alium populum, ut
illum quoque beneficijs ſuis ad ſe tra-
hat. Sic enim uidemus mutatam fertili
tatem terræ promiſſionis propter pec-
cata populi, ut hodie uix ſit habilis ſpi
nis & tribulis ferendis. Et contra Ger
mania quę ſcribitur olim fuiſſe barba
ra, horrida & infœcunda, ſemper aũt
bellicoſa alijsq; populis fortior, ut ſo-
let eſſe gens laboribus indurata & ex
ercitata, parũq; ciuilibus imbuta mori
bus; uiſitata à domino uniuerſæ terræ,
ex gratia eius talis facta eſt regio; ut
uix unquã alia fuerit, uel fertilior ma-
gisue habilis ad omne genus fructus
producendos, uel felicior ingeniorum
animorumq; bonitate, magnitudine &
præſtantia. Quibus enim, quęſo, genti
bus in ulla cedit arte, imò quos popu-
los non longo interuallo poſt ſe relin

quit? Aut quid habent aliæ Europæ regiones, quod non habet quoque Germania? Legunt Germani aurũ in Rheno, Arola & alijs quibuſdam fluuijs, habent plurimas ferri, argenti, & aliorum metallorum mineras, habent innumeros fontes, unde ſalis abundantiam hauriunt, habent plurima, optima & diuerſa uina, abundant frumento, ut etiam hiſce temporibus experti ſimus, Italos panem quæſiſſe apud Germanos. Multæ paſſim ſalubres ſcaturiunt thermę, ubi montoſa eſt terra, pecuariæ rei opera impenditur, & ubi nemoroſa, ibi ingens uis pícis colligitur, præſertim in nigra & hercynia ſylua. Planicies terræ ueſtitur pulcherrimis & fœcundiſſimis uinetis & pomarijs: amnes omnes Germaniam rigantes, qui infiniti ſunt, piſcoſi ſunt, ſicut & nullus lacus eſt, qui maximi & plurimi iuxta alpes inueniuntur, qui nõ proprium quoddam piſcium habeat genus. Quàm uero populoſa ſit Germania, quot inſignibus decoretur urbibus, ciuitatibus, oppidis, caſtellis, arcibus, uillis, pagis et monaſterijs, dici nequit. Longe hodie abeſt, quod L. Anneus Seneca in libro de gubernatione mundi in hũc modum ſcripſit de Germanis: Errãt, inquit, incertis ſedibus, perpetuas habẽt hyemes, ſolum eſt infœcundum, nullas habent ędes, uenationibus uiuunt, ubicunq; nox feſſos laboribus deprehẽdit, cubãt ſub frondibus aut in ſpeluncis foueisúe, &c.

Veriſſima hæc ſunt

Alia hodie quã olim Germaniæ facies

Liuius putat Germaniam totam nihil niſi horridã ſyluam eſſe, ad quã nullus unquam mercator uenit. Idem ſcribũt Tacitus & Cęſar. At ſi ſcriptores iſti iam cernerent Germaniam, non poſſent nõ ſuffundi magno rubore, uidentes eam tam excultã, ut nulli alteri terræ in fertilitate, opibus & gradibus dignitatũ cedat. In nulla enim alia licebit inuenire tot principes, duces, lãtgrauios, marchiones, comites, barones, nobiles, epiſcopos & abbates ampliſſimis ſuffultos ditionibus, ut in Germania. Habuit olim infinitos ferè populos, ſi credimus Straboni, Tacito & Ptolemæo, ſed quorũ nomina amplius nõ extant, præter pauca quædam, ut ſunt nomina Sueuorum, Boiorũ, Heluetiorum, Friſiorum, & Longobardorum, quãquã Heluetiorũ nomẽ uulgaribus incognitũ ſit: & his noſtro æuo ſucceſſerunt alia infinita penè uocabula, quibus & populos & terras quas inhabitant exprimimus. Maiores regiones peculiaria habent nomina, ut ſunt Heluetia, Alſatia, Vueſtricha, Eyfalia, Brabãtia, Holandia, Sueuia, Haſſonia, Bauaria, Frãconia, Thuringia, Saxonia, Friſia, Pomerania, Auſtria, Sleſia, Miſnia, &c. Minores uero pleræq; deſinunt in ſyllabam gew, ut ſunt Eregew, Sunggew, Briſgew, Hegew, Algew, Vualgew, Ringew, Kreichgew, Zabergew, Nortgew, Bintzgew, Lechgew, Kleckgew, Buchſgew, Lintzgew, Meingew, &c. Maiores regiones ſingulæ olim & quędam adhuc habẽt duces aut alios principes, ut dux Sueuiæ, dux Saxoniæ, dux Geldriæ, dux Pomeraniæ, dux Frãconiæ, dux Bauariæ, dux Auſtrię, dux Lotharingiæ, Landgrauius Haſſoniæ, &c. Quidam tamẽ habent à metropoli aut alio inſigni loco denominationem, ut dux Brunſuicenſis, dux Vuirtenbergenſis, dux Lunenburgenſis, dux Cleuẽſis, Marchio Badenſis, Marchio Brandenburgẽſis. Idem ſentiẽdum de epiſcopis ſecularibus. Seculares uoco, qui ditionẽ temporalem adminiſtrant, habẽtes ſub ſe terras & gentes. Itaque totius Germaniæ ditio diſtributa eſt in infinitos ferè rectores, nẽpe duces, lãdgrauios, marchiones, comites, barones, nobiles, epiſcopos, abbates, & cęteros quoſdã ſpirituales, exceptis aliquot ciuitatibus, quæ imperatorem immediatum agnoſcunt dominum, & propterea imperiales uocantur, ex quibus tamen aliquæ principib. aut epiſcopis ſunt impignoratæ, & quædam libertate donatæ.

Maiores Germaniæ regiões

Duces Germaniæ

Sunt autem iſtæ ciuitates imperiales.

Aquiſgranum	Alen
Antuuerpia	Auguſta Vindelic.

Argen

Argentina	
Baſilea	Berna
Bernheim	Biberacum
Biſantium	Bopart
Buchorn	Bopfingen
Campen	Colonia
Colmaria	Conſtantia
Curia	
Dauentria	Dortmund
Dinckelſpuel	Durckheim
Duern	
Egra	Erdfordia
Eſzlinga	
Franckfordia utraq;	
Fridbergum	Friburgum
Gelnhuſen	Gengen
Gottingen	Groningen
Gamundia	Goſzlaria
Hagenoia	Hall in Sueuia
Hall in Thuringia	Heilprunna
Hamburgum	Heidesfelt
Iſna	Ingelheim
Kaufbuera	Keiſerſpergum
Keiſerlutern	Kempten
Landoia	Lindoia
Leukirch	Lubeca
Lucerna	Lunenburgum
Meidenburgum	Memmingen
Metis	Moguntia
Mülnhuſen utrunq;	
Northuſen	Nurnberga
Numagen	Norlingen
Odernheim	Offenburgum
Oppenheim	
Pfullendorff	
Rauensburgum	Ratiſpona
Rotenburgũ iuxta	Thuberum
Roſzheim	Rotwyla
Rutlingen	
S.Gallus	Schaffhuſen
Seleſtadium	Solodurum
Spira	Superior Ehen
Swynfurt	
Treueris	Tygurum
Vberlingen	Vlma
Vuangen	Vuyrd
Vueſalia utraq;	Vuetzlar
Vuyla in Sueuia	Vuimpfen
Vuinſzheim	Vuiſſenburgum
Vuormata	

Inter iſtas quædam ſunt, licet paucę, quę uetera nomina in hunc uſq; diē retinēt, ut ſunt quæ extra antiquos Germanię limites ſitę inueniunt, nēpe Colonia, Moguntia, Argentina, Conſtantia, Auguſta, &c. Intra Rhenũ uero & Danubiũ nec unā inuenies ciuitatem, quæ priſtinũ retinet uocabulũ, ſed cōiecturis arguimus illam olim ſic uel ſic appellatam. Idem ferè ſentiendum de tam uarijs Germaniæ populis, quos Cornelius, Strabo & Ptolemæus commemorant. Porrò in Heluetia & Rhætia, quæ extra Germaniā olim fuerunt, plurima inueniuntur loca quę antiquā appellationem non penitus amiſerunt, ut ſunt: *Intra Germaniam omnia nomina mutata*

Pes Clauium	*Puſtlaff*
Modoëtia	*Montſchen*
Lucus Gauni	*Lowertz*
Triumpilini	*Tryplenen*
Clarona	*Glarys*
Rhætium	*Retzuns*
Sēptimus mons	*der Settmer*
Perninna	*der Berlingen*
Aeni ortus	*Engadin*
Fabarium	*Pfeuers*
Valleſij	*Walliſſer*
Interlacus	*In der Lappen*
Vrſa flu.	*die Rüs*
Tauriſci	*Vren*
Suedi	*Switz*
Lacus Podamicus	*Bodenſee*
Abbatis cella	*Appenzell*
Arbor felix	*Arben*
Auguſta Rauricũ	*Augſt*
Tauracus Pagus	*Turgew*
Vallis de Oſcela	*Eſchental*
Vallis Telnia	*Veltlin*
Adula mons	*der Vogler*
Summæ alpes	*der Gothart*
Lucumonis mons	*der Luckmenier*
Brigantium	*Bregentz*
Tygurum	*Zürch*
Tugum	*Zug*
Aetuatij	*Tawetſch*
Leucum	*Leck*
Clauena	*Clauen*
Curia	*Chur*

Italia.

ITalia olim Heſperia, ab Heſpero Atlãtis fratre dicta eſt, Siue (ut Macrobius inquit) ab Heſpero ſtella, quod illius occaſui ſubiecta ſit. Eſt regio, metallis grauida, ubique uitalis, & perennis ſalubritas, eximia cœli tẽperies, campi fertilitas, aprici colles, innoxij ſaltus, opaca nemora, munifica ſyluarũ genera, mira frugum, uitium, & olearũ fertilitas, nobilia pecori uellera, opima tauris colla, perſpicui & piſcoſi lacus, flumina fonteſq; ſaluberrimi, portus plurimi. Ipſa auidè, ad mortales iuuandos, in maria procurrens, & uelut gremium omnium gentium cõmercio pandens, ut ferè dicta ſit à quibuſdam, terrarũ omnium alumna, atq; eadem parens, cœleſtium prouidẽtia electa, quę ſparſa cõgregaret imperia: molliretq; efferatarum gentiũ ritus, diſcordes ad colloquia linguas, munere literarum, latinoq; ſermone congregaret.

Mira ſalubritas et fertilitas Italiæ

Color Color Italis, & ſtatura penè diuerſa eſt: in ciſalpina Gallia, Venetoq; receſſu, color uulgo candidus, cultus & ſermo accuratior. Contrà in Hetruriæ tractu, Latio, Campania, & Brutijs, capillus niger, breuior ſtatura, & macilenta, ſermo & cultus ſimplex. Non ijdem omnibus

Mores mores, aut uiuẽdi ritus, nec iura eadẽ. Pontificio hi, Cæſareo illi, alij municipali iure potiſſimum utuntur. Omnibus id commune ut frugaliter uiuant, nitide ueſtiantur, tõſo capite incedãt, perbreuibus Hiſpanicis palliolis contecti, crura oſtẽtantes.

Veneti Veneti, quorum urbs terra mariq; opibus maxime pollet laxiore ueſtiuntur toga, qualem Grꝗci, Turcæ, Ruſſiani, ac reliqui ſeptentrionales uſurpãt. Maiorũ ſuorum habitu ita delectãtur, ut ſæpiſſime eas ueſtes geſtent nepotes, quas tritaui geſtarunt. Abundant conſilio, in loquendo tardi, & pronunciatio inſuauis, ridicula quadam magnificẽtia, uerbis magis quàm factis officioſi. Fingunt condonare iniurias, ſed ſi quando occaſionem nanciſcuntur, recrudeſcit animus in iniuriantem.

Mediolanenſes Mediolanenſes Gallis exoſi, uiciſſim tam illos quàm Hiſpanos odientes, neutris ſatis confidunt, quos tamen ferre coguntur. Oratio eorum rudis, ſermo concitatus: ſed multo rudior & moleſtior Pedemontanorum, in bello non ualent niſi multi ſimul.

Genuenſium Genuenſium oratio ridicula neque literis conſignari poteſt: elegans tamen eorum ueſtitus, ut neque ſagati ſint, neque togati. Conſilio & fide ſibi non admodum conſtant, ad rebellandum apti, inhoſpitales ſunt, & beneficiorum immemores. Tuſcorum lingua inter Italos commendatur, magni ſemper fuere ſacrificuli, ut qui Romanos olim multas in deorum religione ceremonias edocuerunt, in uniuerſum magis adhuc ſuperſtitioſa gens quàm pugnax. Superba Roma, gentium imperio uiduata, ſedes facta ſummi pontificis. Aſſiſtunt ei purpurati cardinales quadraginta ſex. Zelotypi ſunt Romani, & uindicãt ſe ueriſſime uxorum adulteria.

Piſtorienſes Piſtorienſes Italorũ factioſiſsimi, ſunt partim, ut uocant, Panchiati, Gibellinorum ſectæ, qui imperatoris partes defendunt: alij dicti Cãchellierij, Guelphi, qui regis partes ſequuntur.

Neapolitani Neopolitani omniũ conſilia reſpuũt, ſylueſtres, loquaces, adulatores, iniuriarũ ſtrenui ultores, beneficiorũ maxime memores. Fumoſas in adamatis fœminis imagines quærunt, minio & ceruſa laruatas, neque amant niſi ſit elato animo, & ancillarum gregẽ ſecum ducat. Hiſpanicum ſermonem affectant, ac eorum inſtar equis inſidẽt, haſtiludia exercent, ſumma corporis dexteritate nunc in hanc, nunc in illam partem flectunt. Splendide ueſtiuntur, opobalſama ſpirant, plus ſaccari quàm panis abſumunt, caulibus etiam ueſcuntur libentiſſime. Irrident Neapolitani Calabros, Calabri Appulos, hos autem omnes Romani, Romanos Hetruſci, quos & alij uiciſſim irrident: quin & mortales cæteros omnes irridẽt Itali, con-

li, contemnunt, & barbaros appellāt: cū ſint ipſi tamen nunc Hiſpanis, nūc Gallis, nunc Germanis prædæ expoſiti & planè domina gētium redacta ſit in ſeruitutem.

De Sicilia.

Sicilia Romanorū horreum, ſexcentis ac duo deuiginti paſſuū millibus ambitu patet, à Poſſidonio, quem ſequit Diod. Siculus, ſtadijs quater mille & quadringentis definitur, quondā Brutio agro cohærens, mox interfuſo mari auulſa ad mille & quingētos freti latitudinis paſſus: in eoq; uorticoſo freto Scylla & Charybdis, ambo clara ſæuitia. Primi eā habitaſſe ferunt Iberi duce rege Sicano, unde dicta Sicania. *Sicania* Succeſſit Siculus Neptuni filius cū ampliſſima Græcorū manu. Trianguli figura tribus promontorijs Peloro, Pachyno & Lilybæo claudit, atq; ob id Trinacria ueteribus appellata. *Trinacria*

De Sardinia.

SArdis Hercule procreatus, cū magna multitudine à Libya pfectus Sardiniā occupauit, & ex ſuo uocabulo inſulæ nomen dedit. Hæc in Aphricomari, facie ueſtigij humani, tam in Orientem quàm Occidentē latior prominet, fermè paribus lateribus, quæ in meridiem & ſeptentrionem uergunt. Terra patēs in lōgitudine miliaribus 140. In latitudine 40. In ea neq; lupus, ſed ſolifuga tantum animal exiguum, hominibus pernicioſum inuenitur. Venenū quoq; non naſcit ibi, niſi herba, per ſcriptores plurimos & poëtas memorata, Apiaſtro ſimilis, quæ hominibus riſum cōtrahit, & quaſi ridētes interimit. *Sardonicus riſus* Fōtes habet Sardinia calidos, infirmis medelā prębentes, furibus excitatē, ſi ſacramēto dato, oculos aquæ eius tetigerint.

De Corſica.

COrſicæ inſulæ exordiū Ligures dederunt, appellātes eam ex nomine ducis. Nam mulier quædam Ligur Corſica nomine, cum taurum ex grege, quē prope littora regebat tranſnatare ſolitum, atque per interualla, corpore aucto, remeare uideret, cupiens ſcire incognita ſibi pabula, taurū è cæteris digredientem, uſque ad inſulam, nauigio proſecuta eſt, cuius regreſſu, inſulæ fertilitatem cognoſcentes, ligneis ratibus illic profecti ſunt, eamq; nomine mulieris autoris, & ducis appellauerunt. Hæc Græce Cyrne dicitur, à Cyrno Herculis filio inhabitata. *Cyrne inſula*

Propriorum quorundam Italicorum nominum uulgaris interpretatio.

Hiſtria	*Hiſterich*
Tergeſtum	*Trieſt*
Forum Iulium	*Friul*
Atheſis	*Etſch*
Tridentum	*Trient*
Patauium	*Padua*
Ticinum, Papia	*Paphi*
Mare Adriaticum	*Venetum*
Nicæa	*Niſa*
Genua	*Genoua*
Etruria	*Toſcania*
Neapolis regnum	*Terra laboris*
Pæſtum	*Polycaſtro*
Leucopetra	*Bona*
Laciniū promont.	*Colone*
Tarentum	*Taranto*
Hydrus Hydruntū	*Otronto*
Brunduſium	*Brendeſium Branditio*
Sipus Sipontum	*Siponto*
Apeneſte	*Manfredonia*
Peligni	*Abrucini*
Piceni	*Marca Anconitana*
Potentia	*S. Maria de loret*
Piſaurum	*Peſero*
Ariminum	*Rimino*
Galli Boij	*Romandiola, Romagna*
Padus fl.	*Po*
Lacus Benacus	*Garde lacus*
Carni	*Marcha Taruiſina*
Sclauonia	*Zwinden*
Aquileia	*Algar*

Canomanni	*Lombardia*
Bergomum	*Bergamo*
Brixia	*Breſſa*
Verona	*Bern*
Inſubres	*Mediolanenſes*
Mediolanum	*Meiland*
Nouaria	*Nawer*
Auguſta Taurinorũ	*Turin*
Centrones,mons	*Cincſius, mont cinis*
Forum Claudij	*Tarentaſia*
Placentia	*Piagenza*
Regium	*Rezo*
Bononia	*Bologna*
Fauentia	*Faenza*
Forum Liuij	*Forliuio*
Tuſcia	*Toſconia*
Florentia	*Firenze*
Peruſia Peruſium	*Perugia*
Aucula Aquula	*Aquapendens*
Vetulonium	*Viterbo*
Sęna	*Siena*
Falerinum	*Montflaſcon*
Septempeda	*S. Seuerinus*
Firmium	*Ferino*
Vmbri	*Spoletani*
Forum Sempronij	*Foſſembrone*
Nagnia	*Narnia*
Nurſia	*Norcia*
Marſi	*Aprucium*
Prǫgutij	*Abruz*
Amiternum	*Aquila*
Lanubium	*Lauinium*
Peligni	*Valuenſes*
Drepanum	*Trapani*
Panormus	*Palermo*
Agrigentum	*Gergento*
Syracuſa	*Saragoſa*
Aetna	*Gibello monte*
Pachynũ promont.	*Cauo paſcinio*

De Dania

DAcia ſeu Dania olim uocata fu
it Cimbrica Cherſoneſus & lu
tia,fuitq; tunc ſub ditione Saxonũ. At
illi iugũ abijcientes elegerunt propriũ
regẽ. Hi itaq; quinquaginta annis an-
te Chriſtũ natũ exierũt cum uxoribus
& filijs terrã ſuã,petituri nouas ſedes,
& tranſmiſſo Rheno apud Vueſtpha
Cimbri los, acceperũt multas ex Gallia gẽtes
ſecum,petentes Italiã. Et priuſquã per
Alpes Italiã attingerent, longo circui
tu trãſeuntes Macedoniam & alias re
giones uaſtauerunt:quibus cũ Roma-
ni obuiare contenderent:cæſa ſunt ab
eis 80. millia peditũ, calonũ uero atq;
lixarum 40.millia. Et id uocatur apud
ſcriptores Cimbricũ bellũ. Deinde ua *Cimbricũ bellũ*
ſtata Ethruria & omnibus locis circa
Rhodanũ,tãdem cum Cimbri ſe diui-
ſiſſent à Teutonibus et Gallis,quibus
prius ſociati fuerant,Cimbri à Roma
nis apud Atheſim, Teutones uero ſub
alpibus ad Aquas ſextias, occiſi ſunt.
Sub Henrico primo atq; filio eius Ot-
tone magno,conuerſi ſunt Dani ad fi
dem Chriſtianã, fundatiq; apud illos
tres epiſcopatus, uidelicet in Sleſwic,
in Ripen et in Aldẽburg Holſatię. Eſt
Dania peninſula, quæ, ut diximus,
Cimbrica uocat̃,cõprehenditq; regnũ
illud plurimas inſulas,inter quas tenet
primas Selandia, in qua eſt Coppẽha- *Selandia*
gen regia ſedes illius regni,deinde eſt
Fionia,Islãdia,& Orcades inſulæ.Ob
tinuit quoque circa annũ Chriſti 1398.
rex Daniæ alia duo propinqua regna,
Noruegiam & Sueciam. Vltra Nort-
uegos ſunt homines ſemiferi & quaſi
beſtiales, quos uulgo Lapones uocãt, *Lapones*
cum quibus nullum commertium lin-
guæ nauigantes habent, ſed ſignis tan
tum et nutibus cõmutare ferunt. Islan *Islandia*
dia ſonat glacialem terram, appellata
à ueteribus Thyle extenditurq; inter
Auſtrũ & Boreã 200. prope germani-
corum miliariorum longitudine. Scri-
bũtur multa mirabilia de iſta inſula,in
ter quæ numerat̃ rupes illa, quã uocãt
Hegleberg, quæ perpetuos ſpirat ig- *Hekelberg*
nes, putaturq; carcer eſſe ſordidarũ a-
nimarũ. Cõperiuntur etiã illic ſpiritus
ſe exhibentes manifeſtos humanis mi
niſterijs. Submerſorũ ſiue alio uiolẽto
caſu enectorũ ſpectra ſeſe offerũt con
greſſibus notorũ hominum tam mani
feſta,ut tanquã uiuentes accipiãtur ab
ignaris mortis illorũ data dextra, nec
reprehenditur error priuſquã ſpectrũ
diſparet. Ab his ſeptentrionalibus re
gioni

gionibus, præſertim ex Gothia, quę et Scādinauia, ſæpe magna colluuies hominū erupit, occupaturi alias terras, nouasque quæſituri ſedes. Hinc enim pdierunt Gothi, Gepidæ, Rugi, Vuandali, Heruli, Turcilingi & Vuinili, qui poſtea à prolixis barbis Lōgobardi dicti ſunt, de quibus multa apud hiſtoricos inueniuntur.

Sclauonia.

SClauonię uoce accipiuntur Stiria, Carinthia quę et Illiris, Dalmatia, Croatia, & Coruatia. Lingua uero Sclauonica utuntur plurimæ gentes, nēpe Bohemi, Poloni, Lithuani, Ruſſi, Moſcouitę, Bulgari, Carni, Boſnitę & multi alij populi. Excipiūtur Vngari qui propriā habēt linguā. Stirij populi ſunt agreſtes & ſtrumoſi, adeò quidem ingenti ſtruma, ut ipſis loquelam impediat, & mulier lactans poſt tergū perinde atq; ſaccū reijciat ne infanti impedimento ſit. Sunt autē Stiriani cultu & ſermone Germani, præter Draui accolas, qui Illirica utūtur lingua. Sal ibi coquit, quod ad finitimas defert gentes. Regio ferri et argēti eſt ferax, mōtana plurimum præter quàm ad ortum uerſus Pannoniā. Dicta olim fuit Valeria. Carinthia mōtana eſt regio, multaq; in ea ualles & colles feraces tritici, multi lacus, multi amnes, quorū præcipuus Drauus. Boſna olim fuit Mœſia ſuperior, ſubactaq; eſt à Turca anno Chriſti 1451. Dacia olim, hodie in uarias eſt diuiſa prouincias, nempe in Tranſſyluaniā, Raſciam, Seruiam, Septem caſtra & Bulgariā. Trāſſyluaniam uulgò uocāt Zipſerland & Raſciam Retzen, Septem caſtra Septemburgenſes et Seruiam Syrfien. Septemburgenſes in medio Sclauonicę linguę loquunt Germanice, ſicut Bohemi inter Germanos loquuntur Sclauonice.

Stirij ſtrumoſi — *Carinthia* — *Tranſſyluania*

Bohemia.

HAbuit Bohemia olim populos Quados & Marcomannos, includiturq; finibus Germaniæ. Latitudo eius longitudini ferè par eſt, cingiturq; ſylua Hercynia tanquam natiuo muro. Albi fluuio media irrigatur, atq; quodam alio Multauio nomine, ad cuius ripā Praga ſita eſt, ampliſſima urbs & totius regni caput. Fuit à multis annis Ducatus, uocatusque eſt primus dux Zechius, licet alij Primislaū Pragæ fundatorē, primū uelint eſſe ducē. Anno Chriſti 1086. dux Vratislaus factus eſt ab Hērico quinto primus rex, additaq; ſunt regno Sleſia, Lutſnitza & Morauia. Huic ſucceſſerūt in regno filius & poſteri Vladislaus, Vladislaus, Przemiſel, Vuentzeslaus, Przemiſel, Vuētzeslaus. Et hic moriēs ſine filio, unicā filiā eius Eliſabet cōiugē accepit Ioānes comes Lutzelburgēſis filius Hērici ſeptimi imperatoris, fuitq; regnum Bohemiæ ferè ducentis annis ſub comitibus Lutzelburgenſib. Huic ſucceſſit filius Carolus nonus Bohemiæ rex, factus quoque Romanorum rex, quartus nomine, & hic ſupra modum ditauit Regnum Bohemiæ, ſed nō ſine iactura Romani imperij. Idem Carolus anno Chriſti 1360. fecit ex epiſcopatu Pragēſi archiepiſcopatum, & deinde anno 1370. inſtituit Pragenſe gymnaſium, quod durauit uſque ad annum 1408. tūc ob Huſſiticum dogma fuit translatum ad Lipſiam Miſnæ oppidum. Patri ſucceſſit filius Vuētzeſlaus in utroq; regno, cui depoſito ſucceſſit frater Sigiſmundus. Qui Sigiſmūdo ſucceſſerint, uide in genealogia regū Vngarię. Porro ſolum Bohemiæ eſt ferax hordei & tritici, abundatque pecore & piſcibus: olei aūt ſterilis eſt, quemadmodum Germania ipſa. Vino nō omnino caret, ceruiſiam optimam facit, quæ Viennam uſq; uehitur.

Praga — *Regnum uenit ad Lutzelburgenſis* — *Pragenſe gymnaſium*

Vngaria.

VNgaria nunc ea regio eſt, quæ olim Pannonia inferior fuit, licet illa non tam late patuerit ut hodie Vngaria. Fuit autem terra illa ab antiquis temporibus diuerſarū nationū diuerſoriū. Gothos pepulerūt Huni, & Hunos excluſerunt Longobardi. Qui cū 42. annis eam regionē poſſediſſent, anhelātes pro Italiæ acquiſitione, Hu

Vngaria diuerſorum multarum gentium

nis iterũ locũ dederunt. Creantes autẽ
Attila Magnus Huni Attilam regẽ, ferè totã Europã
inde oppugnauerũt, habentes in uno
exercitu decies centena millia armato
rũ. Attilæ uero hic erat titulus: Attila
filius Bendeucum, nepos Magni Nim
broth, educatus in Engaddi, gratia dei
rex Hunorũ, Medorũ, Gothorum atq;
Dacorũ, pauor orbis & flagellum dei.
Quum igitur Huni per multos annos
Vngariam exterarũ nationum rapinis
ditaſſent, circũdabant terram ſuam no
Haga uem circulis, quos hagas Germani uo
cant. Quorũ ſinguli ita ſtipitibus quer
nis ſiue fagineis extructi erant, ut de
margine ad marginem uiginti pedum
ſpacium ſcederetur in latum, totidemq;
erigeretur in altũ. Cauitas autem uni-
uerſa, aut duriſſimis lapidibus, aut te-
naciſſima creta repleret. Porrò ſuper-
ficies uallorum eorundẽ integerrimis
ceſpitibus tegeretur. Inter quorũ con-
finia, arbuſtulę plãtatę erãt, quæ abſci
ſæ, proiectæq;, ut plurimum herbas &
frõdes proferebãt. De primo autẽ cir-
culo ad ſecundum uiginti miliaria teu
tonica protendebãtur, & inde totidem
ad tertiũ & ita uſq; ad nonum, quam-
uis alius alio ſemper contractior erat.
Intra hos aggeres uici uillæq; ita cõſti
tutæ, ut ab una ad aliam uox hominis
audiretur: erantq; ędificia ualidiſſimis
muris præmunita. Tubarum clango-
re unus circulus alteri cuiuſqui rei cer
ta ſigna dabat. Hunc immanem popu
Carolus 8. annis expugnat Hunos lum Carolus Magnus octo continuis
annis oppugnauit & tandẽ expugna-
uit. Interijt in illo bello omnis nobili-
tas Hunorum, inuẽtusq; eſt indicibilis
auri & argenti theſaurus intra hos cir-
culos, pſertim in regia ipſa, Buda ſcili
cet, à Buda Attilæ fratre ſic appellata.
Deletis itaq; pro maiori parte Hunis,
circa annum Chriſti 900. ſub Arnol-
pho imperatore, uenerunt ex Scythiæ
Vngari alia gens partibus Vngari, & relictis in Panno-
nia Hunis ſeſe iunxerunt, cœperuntq;
inſtar Hunorum excurrere & Germa-
niam uaſtare, donec ab Henrico pri-
mo cęſi, domi aliquandiu remanere co

acti ſunt. Poſtea anno Chriſti 954. cum
rurſum in Germania graſſarentur, cæ-
ſi ſunt ab Ottone primo apud Augu-
ſtam Vindelicorum ſtrage magna.
Anno deinde 1006. conuerſi ſunt ad
Chriſti fidẽ per Giſelam ſancti Hen-
rici ſororem, quam Vngarorum dux *Vngari ad*
uxorẽ accepit, appellatus in ſacro ba- *Chriſti cõ*
ptiſmate Stephanus. Huic Stephano *uerſi*
ſucceſſerunt in regno filius & poſteri
hi, Petrus, Andreas, Salomon, Bela,
Ladislaus, Geiſa, Colomanus, Stepha
nus, Bela, Geiſa, Stephanus, Bela, Eme
ricus, q obijt anno 1200. Ladislaus, An
dreas, pater Landgrauię ſanctę Eliſa-
beth, Bela, Stephanus, Ladislaus, An-
dreas, Carolus, Robertus, Ludouicus,
cuius frater Andreas fuit rex Siciliæ,
Sigiſmũdus filius regis Bohemiæ, qui
ducta Maria filia Ludouici regis Vn-
gariæ, per eam factus eſt rex Vngarię.
Et cum hic ſolam filiã poſt ſe relinque
ret nomine Eliſabeth, per eam transla-
tum eſt utrunque regnum Bohemię &
Vngarię ad duces Auſtriæ. Nam du-
xit eam Albertus dux Auſtrię & impe
rator. Huic ſucceſſit filius eius Ladiſ-
laus, qui tamen mortuus eſt antequàm
uxorem duceret. Habuit autem ſoro-
rem, quam duxit Caſmirus rex Polo-
niæ, factus per eam quoque rex Bohe-
miæ. De regno uero Vngariæ facta eſt
concertatio. Imperator enim Frideri-
cus uſurpauit ſibi regni illius titulum,
quod inter uirilem ſucceſſionẽ nemo
ipſo eſſet ꝓpinquior, at Mathias Vai- *Mathias*
uoden præuenit eum, hac tamen con- *Coruinus*
ditione, ſi moreretur ſine uirili pro-
le, regni hæres fieret dux Auſtriæ, id
quod & factũ eſt. Interea autem Caſ-
mirus rex Poloniæ, qui filiam unicam
duxerat ultimi regis Bohemię & Vn-
garię, genuit filium Vladislaum legiti
mum heredem regni Bohemiæ & Vn
garię, cum quo ita conuentum eſt, ut fi
lius eius Maximiliani neptem uxorem
duceret, ſicq; utriuſque regni fieret hæ
res, id quod poſtea factũ eſt. Nam Lu
douicus filius eius uxorem duxit Ma
riam filiã Philippi regis Hiſpanorũ,
Caroli

Caroli imperatoris ſororem, qui cum
anno Chriſti 1526. à Turcis occidere/
tur nullumq́ꝫ ſemē relinqueret, ſucceſ/
ſit ei Ferdinādus, qui ſororem eius uni
eam utriuſque regni hæredem, ut qui/
dam uolunt, uxorem habuit.

Polonia.

POlonia, quæ olim Sarmatia, regio
eſt uaſta & plana atqꝫ nemoroſa.
Eſt & paſcuis idonea atque uenatione
diues. Habet equos ſylueſtres, & bo/
ues feros quos Romani uros uocant.
Mel Mellis copia eſt illis atqꝫ Ruthenis tā
ingens, ut non ſatis loci ſuperſit, qui/
bus illa recondant. Arbores namque
omnes & ſyluæ nigricant aluearibus.
Sal Habēt & ſalis maximam copiā, quod
maximum toti regioni præſtat emolu/
mentum, quo nulla regi ipſi in toto re/
gno maior gaza extat. Nam ſub terra
exciduntur ingentia ſalis ſaxa, & ſupra
terram aliud ſal ex aqua decoquitur.
Anno ſalutis 994. erudiuit Adelbertus
epiſcopus Pragenſis Bolislaum du/
cem Polonię in fide catholica, conuer
tit'que ad Chriſtum. Regnum uniuer-
ſum in quatuor uelut regiões diuiſum,
quas in orbē rex quotannis inuiſit. Sin
gulę ternis menſibus alunt regem, re/
giumq́ꝫ comitatum. Et ſi caſu is in una
regione diutius māſerit, nihil debetur
Cracouia ipſi amplius. In Cracouia celebri et am
pliſſima urbe, regia eſt, totiusq́ꝫ regni
gaza. Cæteræ ciuitates parum nitidæ
ſunt ex maceria domus ferè omnes cō
poſitæ, pleræq́ꝫ luto collinitæ. Gens in
uniuerſum prudens, multaq́ꝫ comita/
te in hoſpites. Bibaciſſimum genus ho
minum totius ſeptentrionis, ſed rarus
uini uſus, ignotusq́ꝫ genti omnis uinca
rum cultus. Facticia ex tritico alijsq́ꝫ
generibus ſeminum potio in uſu eſt.
Plumbum duntaxat ex omnibus me/
tallis fodiunt Poloni.

Lituania.

LItuania Poloniæ connexa, ma/
gna ſui parte paluſtris et nemoro
ſa, & ob eam rem difficilis aditu. Hye/
me commercia cum Lituanis ſunt ha/
bilicra, paludibus & ſtagnis, alta gla/
cie concretis, niueq́ꝫ ſuperinfuſa, fiunt
omnia mercatoribus peruia: Quo fit,
ut uelut alto mari, quando nulla certa
ſit uia aut ſemita, ſydera ſignent iter. *Sydera indicā*
Accolarū diuitiæ ſunt pecora pellesq́ꝫ *tiam*
multigenarum ferarum. Ceræ ac mel/
lis abundans eſt terra. Sermo genti ut
Polonis. Caput regionis Vilna eſt, epi
ſcopalis ciuitas, & eſt tantę magnitudi
nis, quantæ Cracouia cum ſuburbijs
omnibus. Domus tamen cōtiguæ non
ſunt in ea, ſed ueluti in rure horti inter
mediant & pomaria. Eſt Lituania am-
pliſſimus ducatus, plurimum in Aqui/
lonem uergēs. Nam habet Vilna poli
eleuationem grad. 57. Fuit hæc regio
aliquando ſub principe Kiouenſi, do
nec proprium fecerunt ducem, & ex/
teros populos ſibi tributarios fecerūt.
Anno Chriſti 1386. conuerſi ſunt ad fi *Lituani ad fidē*
dem Chriſtianam. Tunc quoque dux *conuerſi*
Vitoldus, uir bellicociſſimus, adiecit
ducatui ſuo ducatum Pleſcouenſem,
ducatum Nouogrodienſem, cuius Me
tropolim uocant Nugardiam, & duca
tum Smolnēſem. Eſt & Nouigrodium *Nouigrodum*
urbs hodie in Lituania, quam aiūt ma/
iorem Roma eſſe. Nam complectitur
in circuitu ſuo ſeptem miliaria Germa
nica, cum Roma duntaxat ſex habeat
& dimidium.

Prusia

HAnc alij uocant Boruſſiā & Pru
teniam, olim autē appellata fuit
Hulmigeria, ſicut & hodie regio iu/
xta Viſtulā ſita uocatur Culmigeria. *Fertilitas*
Pruſiæ ſolum ferax eſt maximeq́ꝫ fru/ *Pruſiæ*
giferū, irriguū aquis: regio tam amœ/
na & felix, ut ſi Iuppiter è cœlo detur/
bandus eſſet, in feliciorē quàm in Pru
ſiam cadere nequiret. Nutrit terra ua/
ria animaliū genera, ut biſontes quos
Romani uros uocant, & uulgus buba
los, alces ceruis haud diformes niſi *Alces*
quod habēt protenſam carneam pro/
muſcidem & paulò ſubliniora crura.
Hos uulgo helendos uocāt. Habet &
ſylue/

ſyluestres equos cicuratis quidem ſimi les, ſed molle habent dorſum & ob id oneri ferendo inepti, nec cicurari poſ- ſunt. Caro eorũ ab incolis comeditur. Abũdat quoq; regio melle & apibus, ſicut reliquæ ſeptẽtrionales regiones.

Fuit autem in hũc modum ad Chri- ſtum conuerſa. Cum circa annũ Chri- ſti 1220. Poloni multa mala ꝑpeſſi eſ- ſent à Prutenis, Mariani milites, quos *Teutonici fratres* Teutonicos fratres uocant, poſt Pto- lemaidem in Syria amiſſam in Germa niam reuerſi, uiri nobiles & rei milita- ris periti, ne per ocium marcerent, Fri- dericum ſecundum imperatorem accẽ dentes, Pruſiam Germaniæ contermi nam dixerũt ſpernere Chriſti cultum, ſępe illius gentis homines in Saxones cæteroſq; uicinos excurrere, & ingen- tem uim pecorum abigere, eſſe in ani- mo ſibi compeſcere barbaram gẽtem, annuat tãtum imperator, prouinciãq; fratribus ꝑpetuo iure poſſidẽdam tra- dat, ſi eam armis acquirant. Iam enim Maſſouiæ duces qui eius ſe terrę domi nos affirmabãt, ius ſuum fratribus con ceſſerãt. Grata oblatio Friderico fuit, ſub aurea bulla literas cõceſſit. Illi ita- que ſumptis armis breui tempore quic quid Prutenici iuris citra et ultra Viſtu lã fuit ſubegere & ſuæ ditionis fecere. Victa gens, Chriſti fidem cõplexa eſt & cum fide Teutonicam linguã. Fuit ad Viſtulam quercus, ubi uictrix gens à principio caſtellum erexit, mox oppi dum frequenti cultu adoleuit, Marie- *Marieburgum* burgum dixerunt: caput eſt gentis & ſedes eius qui uniuerſi ordinis magi- ſterio fungitur, licet poſtea tranſtulerit in Montem regiũ, uulgo Konigſperg. Nõ procul à Pruſſia eſt inſula Gleſſa- ria, quę Germanice Sudaw appellatur, ubi mare turbatum eijcit ſuccinum ſeu electrum, quod arboris gummi eſſe putant.

Liuonia.

LIuonia prætenditur Rutheniæ & Lituaniæ ad ſeptẽtrionem, & eſt terra paluſtris et nemoroſa pro magna parte. Anno Chriſti 1200. quidam re- ligioſi & docti uiri, Liuoniam adhuc Chriſto non credẽtem adeuntes, præ- dicauerunt illi fidem catholicam, no- uum etiam inſtituentes ordinem & ue ſtitum ſuum gladio ſignantes, unde et Enſiferi dicti ſunt. Verum quum pa- *Enſiferi* rum proficerent, adiunxerunt ſe tan- dẽ Teutonicis fratribus in Pruſſia mo rantibus, & facile quod cupiebant per fecerunt. Ciuitates præcipuę regionis ſunt Riga uulgo Rig, Reuela uulgo Reuel, Derb & Narff. Patiuntur mul- tas incurſiones à Tartaris. A ſepten- trione habent uicinam gentem ſemife ram, cum qua nullum eſt linguę com- mercium, ſed nutu & ſigno permutãt merces.

Moſcouia.

EST Moſcouia regio latiſſima, à Moſco fluuio ſic denominata, ex tenditurq; in longum 400. ferè millia- ribus. Habet autem regem proprium, cui ſubſunt multi & potentiſſimi du- catus, nempe Tuuertzka, Chelmski, Rzeſen ubi oritur Tanais fluuius, & Rozanska, quã prouinciam inhabitãt Tartari, obediẽtes tamen regi Moſco- uitarum. Plana omnino eſt regio, non montuoſa, nemoroſa tamen, & ut plu rimum paludinoſa, pluribus & maxi- mis fluminibus irrigua, piſcibus ob id & feris uarijs abundat, quemadmodũ Lithuania, à qua non multum diſcre- pat, niſi quod frigidior eſt, quia ſepten trionalior. Frumentum ob nimium fri gus raro matureſcit, ſed manipulatim in hypocauſtis torretur. Nutrit terra urſos & alces atque magnos & nigros lupos, noſtris truculentiores. Regia eius eſt urbs Moſcha, ſita ſub eleuatio *Moſcha ciuitas* ne polari grad. 58. duplo maior quàm Praga Bohemię. Habet uero lignea ut alię ciuitates ędificia, habet multas pla teas ſed diſperſas, interiacẽtibus latiſ- ſimis cãpis. Caret hæc regio arboreis fructibus præter ceraſa, melle uero & cera ſupra modum abundat.

Ruſſia

Rusſia.

RVſſia ſeu Ruthenia, quæ & Podolia, olim uero Roxolania, regio eſt fertiliſſima, ut etiam agro obiter culto, frumentoq; inſperſo, tribus *…ræ fertilitas* ꝑpetuis annis fructū ferat. Nec opus eſt agrum quotannis inuertere, ſed inter metendum ſegete leuiter excuſſa, alia in ſequentem annū ſua ſponte creſcit. Gramē adeò procerum producit, ut perticā tranſcendat. Vnde ibi apum tanta eſt copia, ut mella nedū in alueariis & arboribus, uerum & in rupium atq; terræ cauernis reponāt, ex quibus optimus medo & grandes cerarum fiunt orbes. Non impiſcantur ibi piſcinę & ſtagna, ſed ut aiunt, piſces ex cœli ſuccreſcunt influentia. Verſus Tanaim & Mæotim calamo aromatico & reupōtico abundat, pluribusq; herbis & radicibus aliis alibi non uiſis. Solo uino carent Rutheni, ſed quod aliunde aduehitur, nempe ex Vngaria, Moldauia & Vualachia.

Dacia.

REgio illa quæ olim Dacia fuit uocata, hodie in uarias diuiſa eſt ꝓuincias, nēpe in Tranſſyluaniā, Raſciam, Seruiam, Septem caſtra & Bulgariam. Trāſſyluani, qui uulgo Ziſper uocantur, putantur olim fuiſſe Getæ & Triballi & Raſciani Mœſii. Ante paucos annos, omnes regiones iſtæ fuerūt ſub corona Vngariæ, hodie uero quædam ſuſtinent Turcæ imperium. *…ptem caſtra* Septemburgēſes à ſeptem caſtellis ſic appellati, olim ex Saxonia per Carolum Magnum in eum locum fuerunt deſtinati, ideo in hunc uſq; diem in medio Sclauonicæ & Vngaricæ linguæ loquuntur Germanice.

Vualachia.

VValachia à Romano duce Flacco, qui eam regionem expugnauit, primū Flaccia appellata eſt, deinde *Flaccia* tēporis ſucceſſu Flaccia degenerauit in Falachiam, quam uocem Germani mutauerunt in Vualachiam.

Macedonia.

HAec hodie pro magna parte eſt Albania, quæ in Epirum uſque *Albania* porrigitur, olim à rege Ematho appellata Emathia. Fuit ab initio Macedonia regnum anguſtum & paruum, ſed uirtute et uulgi prudētia latiſſime propagatum eſt, dum nō modo uicinas regiones ſuę ſubdiderūt ditioni, uerū & quæ lōgiſſime ſemotæ erant, ſibi audientes fecerunt. Quum enim Græciæ ciuitates inter ſe præliis maderent, & quædam regem Philippum Macedonem in ducem elegiſſent, quo aliis potentiores eſſent, breui factū eſt, ut Philippus tam has quàm illas urbes ſuo ſubiiceret regno, uariis uſus inſidiis & aſtutiis. Deinde Epirum quoque ſibi audientem fecit, expulſo eius terræ rege. Sed & regi Scythiæ, cuius ditio pro *Scythia* rēdebatur ab Aquilone uſque ad eum *Europea* locum, ubi Danubius in mare ſeſe effundit, inęſtimabilem abduxit rapinā, tantasq; equitum & militum copias in unum collegit, ut etiam Perſię rex ſibi timeret, qui imperium ſuum ampliauerat uſq; ad Ponticum mare. Et quum breui poſt tēmpore percuſſus moreretur, filius eius Alexander Magnus, regnum illud Macedonicū propagauit ferè uſque ad Indiam. In Macedonia eſt Olympus mons, qui excellēti uertice tātus attollitur, ut in cacumine eius *Olympus mons* nec nubes nec uenti ſentiantur. Sunt qui eum ſcribūt decem ſtadiis in altum porrigi.

Græcia.

GRæcia à quodam Græco, qui in ea olim rerum potitus eſt appellata, Thermopylę mediam dirimūt, ut Italiam Apeninus. Extremos montes ab oriente ad occaſum extēſos Oethā uocant, quorū ſummum uerticem Callidromum uocant per cuius uallem in *Callidromus* Malliacum ſinum iter anguſtum eſt, cętera loca adeò ardua & perplexa ut ne expeditis ſint peruia, ideo pylę quaſi portę dictę, & à calidis aquis ibi naſcentibus Thermopylæ. Iacent ad mare Acarnania, Aetolia, Locri, Phocis, *Thermopylæ*

Bœotia, Eubœa, quæ hodię Nigro/
pontus uocatur, mari ſic eſt immerſa,
ut penè terræ ſit annexa. Attica & Pe/
Athenæ lopõneſus longius prædictis in mare
excurrunt. Athenę ciuitas, liberalium
artium & philoſophorum mater, quia
nihil habuit tota Græcia clarius atque
nobilius, fuit inter Achaiam & Mace/
doniã: in regione quę Attica appella/
tur, ab Athis filio Athenarũ regis, qui
Cecropi in regno ſucceſſit & Athe/
nas condidit: unde & Cecropia dicta
eſt, & poſtea à Mopſo Mopſopia, & à
Ione Xanti filio, uel, ut Ioſephus ſcri/
bit à Iano, Ionia: poſtremo à Minerua
Athenæ: nam Græci Mineruã Athenã
Peloponneſus uocãt. Pelopõneſus à rege Pelope de
nominata, quaſi Pelopis inſula, totius
Græciæ quondam arx dicta fuit. Nam
præter habitantium in ea gentium no/
bilitatem & potentiam, ipſe loci ſitus
principatũ deſignat. Hęc tenui Iſthmo
adhęret continenti. Nunc Morea uul/
go uocatur. In ea eſt Laconia, quæ &
Lacedæmonia dicitur, habens claram
& potẽtem ciuitatem eodem nomine,
Sparta quæ & Sparta dicta eſt à Sparto Pho/
ronei filio. Huius princeps olim Me/
nelaus & frater eius Agamemnon rex
urbis Mycenarum, duces fuerunt Grę
corum in bello Troiano. Porrò Arca/
dia in media Peloponneſo eſt ſita, &
Achaia ora quædam eſt Peloponneſi
ab Achęis ſic dicta. Achaia uero quæ
eſt extra Peloponnéſum, uocatur alio
nomine Hellas, et ſunt in ea multæ par
uę regiones, ut Bœotia, Phocis, Atti/
cã, &c. In Phocide eſt Parnaſſus mõs,
Delphi in cuius auſtrali latere eſt Delphi ciui/
tas, occupãs locum petroſum, ubi tem
plum eſt Apollinis. Templum illud et
ciuitatem non muri ſed præcipitia &
naturalia præſidia defendunt. In rupis
anfractu, media fermè montis altitudi
ne planicies eſt exigua, atq; in ea pro/
fundum terræ foramẽ, ex quo frigidus
ſpiritus in quodam uelut uento in ſub/
lime expulſus, mentes uatum in uecor
diam uertit, impletasq; deo reſponſa
conſulentibus dabantur.

Thracia.

THracia hodie uocatur Romania,
& eſt regio nec cœlo nec ſolo fæ
cunda satis & temperata, niſi ubi mari
uicinior eſt. Homines habet feros &
aſperos, corporum magnitudine om/
nes homines antecedentes. Sunt truci
uiſu, terrifico uocis ſono et annoſa ęta
te. Vrbes inſigniores Thraciæ olim
fuerunt Nicopolis, Callipolis, Byzan
tium, quę poſtea à Conſtantino Con/ *Conſtan*
ſtantinopolis dicta eſt, & facta imperij *tinopolis*
ſedes, totiusq; orientis caput. Hæc
primum à Pauſània Spartanorum re/
ge extructa créditur & per ſeptem an/
nos poſſeſſa, deinde uariãte uictoria,
nunc Lacedæmoniorum, nunc Athe/
nienſium fuit: demum à Conſtantino
primo in nouam ampliata & in regiam
urbem exaltata, translata eſt in eam
omnis Romanæ dignitatis gloria, &
dedicata in ſedem Romani imperij, at
que noua Roma appellata. Sed euo/ *Diuiſio im/*
lutis annis circiter 468. diuiſum eſt Ro *perij*
manum imperium à Conſtantinopo/
litano, & primus imperator occidenta
lis factus eſt Carolus Magnus. Tran/
ſtulit autem Conſtantinus ex Italia in
orientem imperij ſedem, quo Partho/
rum cõpeſceret excurſiones. Amplia/
uit propterea antiquam illam urbem,
noua mœnia erexit, turribus urbẽ mu/
niuit, adeoque ornauit, ut magis deo/
rum habitaculum quàm hominum ui/
deri poſſet. Nomen urbi nouam Ro/ *Noua Roma*
mam indidit, ſed uicit obſtinatio uul/
gi, ut à conditore Cõſtantinopolis uo
caretur. Poſteri quoq; imperatores mi
rum in modum eam urbem exornaue/
runt. Erat triangularis formæ, duoq;
latera alluebat mare. Hanc urbem po/
ſtea Galli cum Venetis 55. annis poſ/
ſederunt, uocati ab Alexio Iſachij im
peratoris Conſtantinopolitani filio.
Quẽ cũ ciues Cõſtantinopolitani inſi
dioſe occidiſſent, Galli & Veneti qui
uenerãt ut illi opem ferrẽt, fœdus inie
runt; ut quicquid urbium, inſularum
& locorũ ex illo imperio quæreretur,
inter ſe diuiderẽt. Inde urbs impugna

ta eſt.

ta 68. diebus, tandem capta eſt à Vene
tis & Gallis, qui & Balduinũ Flãdren
ſem imperatorẽ creauerunt, & Veneti
urbi epiſcopũ dederũt. Deinde omnia
loca præter Adrianopolim ceſſerunt
Vnde Venetis Creta
Gallicis & Venetis armis, omniaque
ſubijciũtur Balduino. Venetis autem
datæ ſunt inſulæ Creta & Eubœa, &
aliæ multæ paruæ inſulæ in Aegeo ma
ri. Poſtea anno quinquageſimo octa-
uo, Byzantiũ rurſus amittitur & à Pa-
læologo poſſidetur.

Creta.

CReta quę & Candia, inſula ma-
ris mediterranei, in longitudine
dicitur habere 270. millia paſſuum, &
in latitudine quinquaginta millia. Cir
cuitus eius 580. millia paſſuum cõple-
ctitur. Nullum in Creta animal noxiũ
eſt, capris copioſa, ceruis eget, optimi
uini feraciſſima. Cureta olim uocata
fuit à Curetibus inhabitatoribus, & in
[Fer]tilitas Cre[tæ]
de Creta per ſyncopen. Alij dicũt Cre-
tam dictam, à Cretę quondam Iouis fi
lio, Curetum rege. Eſt autem hæc inſu-
la fœcunda frugum ubertate & paſcu-
is copioſa. In medio eſt Idamõs, omni
um qui in ea ſunt celeberrimus atque
celſiſſimo uertice aſſurgens, ubi ſylua
exoritur fragrãtiſſimis cupreſſis refer
ta. Inſignes in ea urbes, Cortina, Cydo
nea, Gnoſum, & Minois regia, Strabo
nis chronographi patria.

De Turcarum origine.

TVrcarum primus dux fuit Otto-
mãnus, à quo omnes poſteri Tur
carum imperatores Ottomanni ſunt
appellati. Hic obſcuro loco & parẽti-
bus agrarijs natus, uirtute ac callidita-
[Ot]homannus
te ſingulari, conflata per ſeditionẽ ma
nu, circumferre cœpit arma, adiunxitq́
ſibi raptores, quibus ſtipatus et indies
perditorum hominum adhæſione for-
tior factus, ſubegit circa annũ Chriſti
1335. Cappadociam, deinde Pontum,
Bithyniam & Aſiam minorem. Et pri-
mum quidem cœperunt uillas exure-
re, terras diripere & homines abduce-
re, ac deinde potẽtiores facti, etiam re
giones ſibi ſubditas fecerunt. Mortuo
autem Ottomãno, ſucceſſit filius eius
Orchanes, qui partum regnũ nõ mi
Orchanes
nuit ſed auxit. Hic enim primus in Eu
ropam traiecit. Tãdem poſt uigeſimũ
ſecundũ imperij annum, Ammuratem
Amurates
filium hæredem reliquit. Qui per ducẽ
Trapezuntinũ admiſſus, traiecit Hel-
leſpontũ atq; oppugnauit Bulgariam,
Seruiam, & Adrianopolim. Poſt hunc
regnauit filius eius Baiazetes, q expu
Baiazetes
gnauit Macedoniã, Theſſaliam, Bœo
tiam, Phocidẽ & Atticã. Cumq; obſi-
deret Cõſtantinopolim, Tamerlanes
Tamerlanes
Tartarorum imperator irruẽs in ditio
nem eius, cœpit omnia uaſtare: cui oc-
currẽs Baiazetes captus eſt ab eo atq;
ligatus aureis catenis, & quaſi canis
ſub menſa Tamerlanis coactus come
dere. Et cum Tamerlanes aſcenderet
equũ, uſus eſt eo tanquam ſcabello. In
huius itaq; locum ſuffectus eſt Calepi-
Calepinus
nus, cum quo Sigiſmundus imperator
multa bella geſſit, ſed nõ ſatis feliciter.
Poſt hunc imperio functus eſt Moſes
anno ſcilicet 1400. Deinde anno 1408.
in locũ eius ſuffectus eſt Mahumetes,
Mahumetes
& hic adiecit imperio Turcarũ Serui-
am, Vualachiam & partem Sclauoniæ
ſtatuitq; regiam ſedẽ in Adrianopoli.
Poſt hunc regnauit filius eius Amura
tes, anno ſcilicet 1422. ſæuienſq; more
prædeceſſorum expugnauit Theſſalo
nicam & bonam partem Græcię, obſe
dit quoque anno Chriſti 1439. Belgra-
dum. Deinde anno Chriſti 1444. deui-
cit Chriſtianorũ exercitũ apud lacum
Varnenſium, non procul à Boſphoro.
Varnenſis clades
Fuerũt aũt in exercitu illo Chriſtiano
rũ, Vngari, Valachi, Poloni, rex Polo
nię, cardinalis Iulianus & multi ponti
fices Vngariæ, & circiter triginta mil-
lia equitũ. Occubuit tunc rex Poloniæ
& Iulianus cardinalis. Ex qua uicto-
ria tyrannus elatus, maxima ui aggreſ
ſus oppugnauit Pelopõneſum, & mu
rũ iſthmi Corinthiaci deiecit, qui uni
cum Pelopõneſiorum putabatur eſſe
præſidium. Huic ſucceſſit filius Mahu
metes, nonus Turcarum imperator,
qui Chriſtianos multis prælijs & cladi

bus afflixit. Nã anno Chriſti 1452. obſedit quinquaginta diebus florentiſſimam urbem Cõſtantinopolim, oppugnauitq́ꝫ terra & mari, die noctuq́ꝫ, donec bona pars muri bombardis diſijceretur, oppleretur q́ꝫ magna pars foſſæ. Tunc Turcæ per ruinas ſcandentes cũ perueniſſent ad antemurale, imperator Palæologus non ut regem decuit

Cõſtantinopolis capitur

pugnauit: ſed fugiẽs in ipſis portæ anguſtijs cadens, calcatus pedibus obijt. Capta urbe itur ad rapinas, & omnia miſcẽtur cædibus & ſtupris, & præ nimia auaricia rapiendi, hoſtes in mutuã perniciem graſſantur. Potitus itaq́ꝫ tyrannus hac urbe & capite Græciæ, omnes alias ciuitates facile in ſuam redegit poteſtatem. Deinde anno Chriſti 1456. pergit cum numeroſa hominum multitudine uerſus Albam, quæ olim Taurinũ, hodie uero Belgradum, uulgo Kriechesſwiſſenburg. Et cum diu illud oppugnaſſet, tandem cum magna clade ſui exercitus et cum dedecore coactus eſt recedere. Hic tyrannus expugnauit quoq́ꝫ Nigropontũ Venetorũ inſulã, occupauit Athenas & Trapezuntiam, & ab ea deinceps ſe imperatorem Trapezuntium ſcripſit, ſicut à Conſtantinopoli Conſtantinopolitanum, & ab Adrianopoli Adrianopolitanum, ubi prædeceſſores ſui centũ circiter annos ante deuictam Conſtantinopolim cõſtituerant ſedem imperialem. Hic notandum quòd Trapezus

Trapezuntia

ſeu Trapezuntia urbs centum ferè annis à Cõſtantinopolitano imperio eſt alienata ſubita præfecti defectiõe, qui ex Bizãtio mitti cõſueuerat. Et ille qui primus ab imperio defecit, dixit ſe ab initio regem, inde imperatoris appellationem ſumpſit. Expugnauit etiã memoratus cacodæmon Caffam & totã Tauricam Genuenſiũ inſulam, quam

Precop. peninſula

hodie appellãt Precop. Itẽ anno 1480. maxima ui Rhodũ inſulam aggredit̃, ſed cũ magna ignominia inde rurſus recedens prę mœrore animi illo anno morit̃. Cui ſucceſſit filius Paiazetus, & hic Modonã Venetorũ urbem expugnauit, & alia quædam loca in Moldauia. Cumq́ꝫ annis fermè 30. imperaſſet, ſucceſſit illi anno 1512. Zelimus,

Zelimus

quem alij uocant Solymum, & hic Syriam ſubegit, Hieroſolymã expugnauit, Sultanum uita exuit, atque Aegyptum ſuo ſubiecit imperio, anno ſcilicet Chriſti 1516. Huius filius Solimannus regnare cœpit poſt patrem, expugnauitq́ꝫ Albam Gręcam Vngariæ ciuitatẽ anno à Chriſto nato 1521. ac deinde anno 1423. in deditionem recepit Rhodon inſulã, & poſtea anno 1526.

Rhodus capitur

uaſtauit Budam Vngariæ & regẽ eius Ludouicum in aciæ cæſum interemit. Hic quoq́ꝫ obſedit Viennam Auſtriæ, anno 1529. Sed fruſtra. De morib. & ritibus Turcarum alij multa ſcribunt.

APHRICA.

Aphrica altera pars orbis admeridiẽ expoſita, & magnis ſolis ardoribus obnoxia, terminatur ab occidẽte mari Atlantico, à meridie oceano Aethiopico, ab oriente Nilo flumine, ſeu potius, ut Ptolemæo placet, mari Rubro, & à ſeptentrione mari mediterraneo, quod ex oceano apud colũnas Herculeas tenui ritu & nõ niſi decem milibus paſſuum patenti ingreditur terrã. Inſigniores regiones Africæ ſunt Mauritania & Cæſarięſis, Africa minor, Numidia, Libya, Cyrene, Aegyptus, Aethiopia ſub Aegypto et Aethiopia interior. At hæc nomina hodie in alia ſunt mutata præter pauca quędã. Nam ubi olim fuit Mauritania,

Mauritania

Africa minor, &c. hodie ſunt Mauri, Barbaria, regnum Marochi, regnum Feſſa, regnum Thunes, &c. Porrò in interiorib. Africæ plurima quoq́ꝫ ſunt regna, ut in tabula noua Africæ oſtendimus. Colitur aũt terra Aphricæ inæqualiter. Nam ad meridiem ob nimios æſtus eſt plurimũ deſerta, arenis ſterilibus obducta & malefico animalium genere infeſta, Contrà quà Europam ſpectat, frequentior eſt illi cultus. Eximia agrorũ feracitas, utpote qui locis quibuſdam centeſimo fœnore reddũt cultoribus meſſem. Mirũ eſt quod de

Mauritaniæ ubertate dicitur, eſſe in ea
uites, quas duorum hominum comple
xus capere non poſſit, uuarũ racemos
cubitales: arbores circa Atlantẽ proce
ritate inſigni enodę. Sed omnium nobi
liſſima citrus Romanis delicijs inſer/
Animalia Africæ ta. Alit & Aphrica elephantos & dra/
cones, qui beluis inſidiantur ſuoq; cõ/
plexu enecãt, leones, bubalos, pardos,
capreas, & ſimeas multas, onagros &
multos ſerpẽtes, præſertim ceraſtas &
aſpides, cui peſti icneumonẽ minimũ
animal oppoſuit natura. Creat quoq;
baſiliſcũ malũ ſingulare non tantũ ho
minum & animalium, ſed terræ quoq;
Draco quã polluit & exurit. Cęterũ draco ſer
pens eſt maximus dentes habens acu/
tos & ſerratos, uim tamen habet maio
rem in cauda quã dentibus, nec habet
tantũ de ueneno ſicut alij ſerpentes. Si
quem ligauerit occidit, à quo nec ele/
phas tutus eſt corporis ſui magnitudi
ne. Nã circa ſemitas deliteſcẽs, p quas
elephãtes gradiũtur, crura cauda ſua al
ligat & innodat ad caſumq; trahit. Ali
quando inſilit ſuper eum à tergo, mor
dens eum & ſugẽs ſanguinẽ eius. Ele/
phas aũt ex ſubtractione ſanguinis de
bilitatus cadit ſuper draconem, & mo
riens interficit occiſorẽ ſuũ. Perpetua
itaq; eſt dimicatio inter dracones et ele
Elephantus phantos. Nam draco cauda conſtrin/
git elephantẽ, elephas aũt pede & pro
muſcide proſternit draconem. Naſci/
tur draco apud Aethiopes 20. cubito/
rum magnitudine. Solẽt quoq; 14. aut
quindecim mutuo ſe complecti, & ere
ctis capitib. uelliſicare per mare & flu
mina ad paſcua meliora. Habet quoq;
hęc regio baſiliſcũ, qui extinguit her/
bas, necat arbores, corrũpit aërẽ, ita ut
aues impune trãſuolare nõ poſſint. Ni
Crocodilus lus quoq; fouet crocodilũ, qui linguã
nõ habet, æqualia anſeris ędit oua, &
plerunq; ad triginta ulnas magnitudi/
nis creſcit. Hic armatus eſt unguiũ im
manitate, circũdatuq; tãta cutis firmi
tate, ut nullo tormẽti ictu poſſit uulne/
rari. In Africa cõſurgit è media arena/
Atlas mons rũ uaſtitate Atlas mons, erigitq; caput
ultra nubila, & quę ad Oceanũ exten/
ditur manat fontibus, nemorib. inhor/
reſcit, rupibus aſperatur, ſed nõ herbi/
da nuda humo eſt. Quà Africam ſpe/
ctat eſt opimus, naſcentibus ſpõte fru
gibus, arboribus opaciſſimus, quæ ue/
ſtiuntur lanugine ſericis uellcribus ni
hilo uiliore. Vertex eius ſemper eſt ni
ualis. In Mauritania Tinganica, auto/
re Solino, montes nutriunt elephan/
tos. Hoc animal non amplius quàm ſe
mel gignit, editq; unum tãtum fœtum.
Viuit in annos trecentos, frigoris im/
patiens. Pugnant cum elephantis qui *Elephantus*
dam Aethiopes, & ad lapſum inclina/
tos abſcindunt poſterioris partis car/
nes atq; comedũt. Superat etiam arte
iſta. Cum elephas plenus à paſcua re-
dit dormitum, arbori hærens dormit.
Non autem genu flecti ad terram po/
teſt. Incolę igitur aduertentes arbores
elephantum adhæſione detritas, iuxta
humum ſecant eas, ut tamen non niſi
impulſę cadãt. Elephas igitur ueſperi
cibo plenus ad notum cubile profici/
ſcens, omni mole ſectæ arbori hærens,
unà cum ea ad terram proſternitur, &
cum ſurgere nequeat abſq; periculo,
ab hominibus interficitur. Apud Ni/
gritas uero occidentales hoc ingenio
capitur. Deliteſcunt Nigritæ iuxta ar/
bores ac prætereuntibus elephantis ſa
gittas & uenabula infigũt, ſaliũtq; mi
ro modo de loco in locum, ab una ar/
bore in aliam, donec feriant elephan/
tum, qui cum maxima mole prægraue
tur, nequit inſidiantis ictus deuitare. Si *Celeritas elephanti*
autem id tentarent Nigritæ in locis pa
tentibus ubi nullę ſunt arbores, non
euaderent, quandoquidem nemo tan/
tæ ſit perniciratis, quem mox elephas
non comprehendat etiam non currẽs,
ſed gradatim incedens, id quod anima
lis uaſta magnitudo efficit. Apprehen
ſum autem elephas hominem non ali/
ter lædit quàm promuſcide. Hac enim
adeò hominem iacit in ſublime: ut ſæ/
pe numero ſic proiectus prius efflet
animam quàm terram contigerit.
Caput totius Africę fuit olim Cartha

Carthago

go ſeptuaginta duobus annis condita ante Romã. Hæc habuit reges potentiſſimos, qui uſque adeò imperium dilatauerant, ut etiam inter quatuor principalia regna à quibuſdam poneretur. Porrò urbs ipſa habuit murum per circuitum 22000. paſſuũ, & tota ferè mari cingebatur. Murus fuit latus 30. pedibus ſaxo quadrato, in altitudine cubitorum quadraginta. Arx, cui nomẽ

Byrſa arx

Byrſæ fuit, paulo amplius quàm duo millia paſſuum tenebat. Ex una parte murus communis urbi & Byrſæ erat, imminens mari, quod mare ſtagnum dicitur. Stetit urbs ipſa ſeptuaginta annis, habẽs grauiſſima bella contra Romanos. Anno igitur 602. à Roma condita, ſenatus Romanus decreuit abolendam Carthaginem, ueniensq́ Scipio iuuenis oppugnauit ciuitatem ſex cõtinuis diebus & noctibus, & obtentam accendit igni. Ipſa autem 17. continuis diebus arſit, miſerũ prębens ſpectaculum, dirutaq́ eſt omni murali lapide in puluerem conuerſo.

Cyrene.

CYrenaica regio, quæ & pentapolitana eſt, celebrata Ammonis oraculo, quinq; ciuitates egregias habet, Beronicen, Arſinoẽn, Ptolemaidam, Apolloniã & Cyrenem. De Cyrene Strabo ſic ſcribit: Cyrene urbs maxima, octoginta ſtadiorum, in campo iacet ædito, ut in mari uideri poſſit. Hæc ab Ariſteo condita putatur, qui filius regis Theramenis inſulę in Africam nauigans, montem Cyrã propter amœnitatem loci & fontis ubertatem occupauit.

Aegyptus.

DE Aegypto plurima ſcribenda hic ſeſe offerunt, nempe de ſitu eius, urbibus eius, fluuijs, fertilitate, dijs, ritibus, inundatione, &c. Hæc ita que ab oriẽte mari Rubro Syriaq́ iungitur, ab occidente autem Africæ proxima eſt, annumerata Cyrenaica. Putant proinde quidã totam Aegyptum olim fuiſſe mare, ſed Nili inundatione postea continens facta eſt, qui ex Aethiopia allapſus ſecum uim limi ingentem affert, perpetuaq́ exaggeratione habitabilem terram fecit.

Aegypto olim mare

Eſt autem Aegyptus frugum fertiliſſima autore Plinio, capite decimo quinto, libro uigeſimo primo, utpote in qua legumina tertio die naſcantur, & fructus quàm citiſſime matureſcant. Aegyptij inuentores fuerunt Geometriæ propter continuas finiũ dmenſiones, quas Nilus auctus efficit, nunc addendo, nunc adimendo, nunc immutando figuras. Vnde iterum atque iterum menſurari oportebat. Feruntur etiam Aegyptij primi, qui ſolis & aliorum ſyderum uagam uertiginem excogitauerunt. Nullus enim ibi uapor in nubem cogitur, ſed æſtu diſſoluit. Et ne terra nimia ariditate ſterilis reddatur, loco pluuiarum Nilus ſingulis annis inũdat, idq; à ſolſtitio ęſtiuo uſque ad æquinoctium: & adeò terram adducto limo fœcũdat, ut ſegetes quatuor aut quinque exactis menſibus ad meſſem redeant. Interim uulgus ab operibus uacans ocioſum indulget epulis ac uoluptati, et pecora in ſtabulis recluſa nutriuntur. Præuident autem Aegyptij ex Nili incremento uim aut penuriam futurarum frugum. Nam cum duodecim cubitis excreſcit, Aegyptus famẽ ſentit. Et cum tredecim, etiam eſurit. At quatuordecim cubiti hilaritatẽ afferũt. Quindecim ſecuritatem, & ſedecim delicias, quod iuſtũ fertur eſſe incrementum. Habet Nilus crocodilos, ut ſupra quoque meminimus, qui cum ex ouis ſimilibus ouis Anſerinis prodeant, creſcunt tamen longitudine uſque ad ſedecim cubitorum magnitudinem. Homines & animalia terreſtria flumini appropinquãtia unguibus diſcerpit. Eſt enim animal atrox in que fugientem mire audax, in perſequentes timidum, quod dum hominem aggreditur, quaſi lachrymari uidetur, ut ea miſeriæ ſimulatione oportunius circumuentum abſumat. Porrò Nilus, ut

In Aegypto non pluit

Inundatio Nili

Crocodilus

Nilus unde ut Plinius ait, incertis oritur fontibus: aliqui enim à meridie eum deſcendere putarũt, ab his mõtibus quos Lunę uocãt, Alij ex ea Africę parte quę Mauritaniæ ꝓxima eſt, ut Iuba rex affirmat. Plinius capite nono libro quinto ait lacum quendam illic eſſe ſtagnantem, quem incolæ Nilidem uocant, ex quo fluit, in cuius littore eadem piſcium genera, quę in Nilo ſunt ſpectãtur, quin & crocodilos habet, quod argumentum eſt, Nilum inde exoriri. Eſt quoq; in Aegypto lacus quidam, in quo eſt inſula nomine Chennis, lucos ſyluasq́ue & grande Appollinis templũ ſuſtinens, quæ innatat, & quo'que uenti agunt impellitur. Autores ſunt Herodotus & Mela. Coluerunt Aegyptij olim animalia quædam, unde aliquid utilitatis habuerunt, ut felem, icneumonam (genus muris eſt) canem, accipitrem, ibidem, crocodilũ, &c. Et ſi quis aliquod horum animalium ſponte occidiſſet, morte damnabatur, pręſertim ſi felem aut ibidẽ interfeciſſet. Nutriebãtur hæc animalia ſumma cura in tẽplorum ambitu à uiris non cõtemnendis. Ibis præterea colebatur, quod ſingulis annis ſerpentibus allatis ex Aethiopia in Aegyptum uolantibus magno conamine reſiſtit, & maiore ex parte abſumit. Adorauerũt quoq; Ae-
Apis Aegypti gyptij bouem nigrum, quem apim uocauerunt, alebatur'que in ſepto quodam, de quo nonnunquam emittebatur in aulam quandam ut peregrinis oſtenderetur. Scribit Plinius ſeptem diebus natalem apis in Aegypto celebrari, & per eos dies crocodilos nemini prorſus nocere, continuo autem octauo die ad horam ſextam, beluæ redire feritatem. Apud Asbiſtas Aegypti
Ammonius templum populos eſt uulgatiſſimum Libyci dei corrigeri Ammonis templum, Liberi patris munere inſtitutum. Qui dum per aridam Libyam exercitum duceret & laboraret ſiti, opẽ à Ioue patre petijt. Et ferunt uates in medijs arenis arietem apparuiſſe terrã cornibus effodientem, indeq; gelidum emanaſſe fontem, cuius undas dum Liber cum exercitu biberet, Ioui delubrum condidit, quem Ammonem uocarunt, id eſt, Iouem arenarium. Itur autem ad hoc templum ab Aegypto uerſus meridiem, interiacẽtq́; ſteriles arenæ, quæ ſolis ardore accenſæ intolerabili æſtu ueſtigia exurunt, ſed & tã ſubtilis eſt, ut homo facile in ea ſuffocetur, ſicut olim Cambiſes quinquaginta hominũ milia amiſit, qui arenę cumulis obruti fuerunt, quia templum illud ſpoliare uolebant. Sed Alexander Magnus non territus ſecũdo amne peruenit ad Mareotidem paludem, deinde immenſi arenarum campi patuerunt, haud ſecus quàm profundum mare, non arbor, non culti ſoli ueſtigium ullum occurrit. Quarto die ad templum peruenit. Dẽſum ibi nemus & multi dulces fontes in ſylua, inter quos unus dicitur ibi eſſe, qui mane tepidis fluit aquis, meridie frigidis, in ueſperum calidis, poſt mediã noctẽ ęſtuoſis. In hoc itaq; *Ammonius Iupiter* templo Iupiter colebatur & dabat per ſacerdotem reſponſa. Cumq́; Alexander quæſiſſet an ſibi orbis imperiũ deſtinaret, reſpondit, omnium terrarum & gentium eum rectorem fore. Tunc ſacerdotes & tẽplum ampliſſimis muneribus ditauit. Hinc reuerſus, inter Mareotim paludem & mare, complexus aream octuaginta ſtadiorum, condidit urbem Alexandriam, quæ ſecundum locum habet in Aegypto poſt
Memphis Cairum Memphim. Eſt autem Memphis hodie Cayrus, uulgo Alkair, ſita in Delta, id eſt, inſula quam facit Nilus, quæ figuram habet deltæ, cuius baſis eſt ora maritima. Hæc inſula quando Nilus inundat tota obruitur aquis, præter ciuitates quæ in naturalibus aggeribus ſitæ ſunt. Cæterum Memphis regia Aegypti hodie in duas diuiditur partes, una uocatur Babylonia noua, altera Cayrus. Ab ea tribus dietis diſtat Damiata, quam aliqui Eliopolim olim fuiſſe putant: alij dicunt Eliopolim fuiſſe Thebas, quas centum portas Homerus habuiſſe ſcribit, &

mœnia 140. ſtadiorum. Hodie ea urbs
uocatur Dioſpolis. Reges Aegypti in
Thebis primũ ſederũt, deinde in Mē/
phi, uſq; ad Alexãdri Macedonis tem
pora, qui Alexãdriam iuxta mare con
didit. Sunt qui dicũt Aegyptum olim
habuiſſe decem & octo milia inſigniũ
oppidorum & ciuitatum.

Aethiopia.

SVb Aethiopibus aũt, intelligimus
quoq; Troglodytas, Garamantes,
Libyos, Naſamones, Getulos, &c. Su
pra Aegyptũ & Nili cataractã Aethio
pes ſunt in meridiem uergentes ultra
Syenem & tropicum Cancri, uarijs no
Meroë inſula minibus, locis & moribus. Ad Meroē
inſulam, quam Nilus intercludit, ha/
bitãt Meroēni populi, & iuxta Macro
bij, homines probi atque integri, qui
uitæ ſpacio dimidio ferè lõgius quàm
nos uiuunt. Sunt ibi quoque Automa/
læ, apud quos mira eſt auri copia, mi/
nor autem æris. Aethiopibus impera/
uit Candaces regina tempore Strabo/
nis, fuitq; regia eius Napata. Dicit cũ
Strabo Aethiopes magna ex parte pa
ſtoralem ac inopem agere uitam, pro/
pter ſoli tenuitatem & aëris intempe/
riem. Vnde & in mediterraneis locis
plerunque deſeritur propter æſtus ma
gnitudinem & fontium raritatem. Iu/
Rizophagi xta fluuium Aſam habitant Rizopha
gi, comedentes ſcilicet radices arundi/
num, ex quibus contritis faciunt pla-
centas, nec aliud quicquam guſtant,
ideo cõtinuam pacem inter ſe habent.
A leonibus multa patiuntur, & planè
dudũ deleti eſſent niſi natura eis ſpon
te præſidium tuliſſet. Nam ſub ortum
canis innumera culicum multitudo ad
ea loca uolans, homines non lædunt,
ſed leones morſu & uocis ſono abire
Cynici compellunt. Alij ſunt Aethiopes Cy/
nici ſyluestrem incolentes patriam &
aſperam, rarisq; aquarum fontibus, ſu/
pra arbores ferarum timore dormien/
tes. Sub auroram ad aquarum decur/
ſus armati ueniunt, abſcõdentes ſe ſub
arborum frondes. Sub æſtu uero ſolis
agreſtes boues pardalisq; & aliæ diuer/
ſæ feræ caloris & ſitis impatientia ad
aquas confluentes, uſque adeò ſe re/
plent aqua ut uix ſe mouere poſſint, &
tunc ab Aethiopibus dolo capiuntur,
necantur, diſtribuunturq; in cœtus ad
comedendum. Sunt etiam alij Acrido/
phagi Aethiopes, qui ſcilicet locuſtis
ueſcuntur. Veris enim tempore infini
tus locuſtarum numerus ad eos defer/
tur, quæ permagnæ ſunt, præbentes ui
ctum omni genti. Has ſale ſuperinfu/
ſo diu ſeruant pro cibo. Non enim pe/
cora nutriunt neque piſces habent, pro
cul à mari poſiti. Alij ſunt Troglodi *Troglodita*
tæ, in ſpeluncis terræ habitantes & nu
di incedentes, niſi quod uerenda tegũt
pellibus. In terra eorum tanta eſt uis
ſolis in meridie, ut diſcalciati incedere
non poſſint, ſine graui pedum exulce
ratione. Scientes niſi cito potum ſu/
mant, moriuntur præ æſtu. Cibi in uas
æneum cum aqua poſiti, cito ſolis ar/
dore abſq; igne decoquuntur. Eſt etiã
lacus mirabilis in illis locis, qui perfu
ſa corpora uelut oleo expolit, eſtque
tam liquidus, ut nec caducas quidẽ ue
hat frondes, ſed ilico folia delapſa ad
fundũ dimittat laticis tenuitate. Autor
eſt Solinus. Ad orientis latus ſunt No
mades Aethiopes, paſcẽdo pecori ad
dicti. Cinocephali, qui lacte uiuunt.
Achei, qui elephantorum uenatu ſu/
ſtentantur. Item Sorbotæ, quibus lon/ *Monſtra*
gitudo 12 pedum. Et Sambales, apud *Aethiopiæ*
quos quadrupedes auribus carẽt. Præ/
terea Agriophagi, qui humana carne
ueſcuntur. Cinomolgi, quibus rictus
ſunt canini & ora prominentia. Arta/
pathitæ, proni ut pecora ſine ſedibus
uagantur. Nugantur etiam quidam,
circa originem Nili habitare Pygmæ *Pygmæi*
os, qui cubitum non excedunt, homi/
nibus in figura perſimiles: recte ince/
dunt, ſed loquuntur imperfecte. In
tertio anno generant, & in fine octaui
moriuntur. Vſu rationis carent, non
colunt iuſtitiam, uerecundiam nullam
habẽs aut honeſtatem, ideo bruti nun
cupãtur. Vltra hos ſunt deſerta ingen/
tia, nec penitus olim ad meridiẽ cogni
ta Africa,

ta Africa, quanquam perſæpe, autore Plinio & Pomponio, circumnauigata: hodie autem regum Portugallię cura iterum patefacta eſt: & quo Romanorum arma olim penetrare non potuerunt, illic hodie Hiſpanorũ peruenit uictoria. Omnes ſupra nominati Aethiopes in Eoam partẽ uergentes, ſub ęquinoctiali & circa initia tropicorum habitant, autore Ptolemæo, magno errore eorum qui ſub torrida zona mortales habitare negant, id quod hodie adeò compertum eſt, ut demonſtratione non egeat. *Pretoianes* Summus Aethiopię rex dicitur eſſe Pretoianes, quem illi Hiam, id eſt, potentem uocãt & eſt tam potens ut 62. alijs regibus imperitare prędicetur. Chriſtianus eſt, & iuxta Nilum habitare dicitur.

Aſia maior.

ASia altera tripartitę terrę pars, in plures diuidiť portiones, quarũ aliæ maiores, alię minores comprehendunt ambitus. Tam latum autem & patens dicũt eſſe, quicquid terrę Aſiæ nomine continetur, ut Africa & Europa non magis complectantur quàm ſola Aſia. Cœlo tẽperato eſt, ſolo fertili, et propterea omnium animantium genere cultiſſima. Quapropter liquet, in ea uarios gentium eſſe mores & ritus, uariaꝗ naſcentium mirabilia.

Aſia minor.

HAbet hęc regio, ſicut & circumiacentes, nempe Pontus, Bithynia, Lycia, Pamphylia, Cilicia, Rhodus, &c. multas inſignes urbes. In Aſia minori eſt Epheſus, & Iliũ ſeu Troia. Metropolis Bithyniæ eſt Nicæa. *Rhodus* Rhodiorũ urbs ſuper orientali promontorio ſita, portubus, uijs & mœnibus, & cætera fabrica tantum alias excellit, ut nulla ei æqualis facile inueniať. Multo tempore dominata eſt mari & piratas ſuſtulit. Romanis amica fuit et Gręcis. Ibi fuit Iouis coloſſus, qui dicitur fuiſſe 70. cubitorum, ſed poſtea ex terręmotu fractus, genibus collapſus eſt. Habet Rhodus inſula in circuitu ambitum 920. ſtadiorũ. Cilicię regio abũdat cedris & alijs arboribus idoneis pro fabricandis nauibus. Fuit quoque philoſophiæ ſtudiũ tam magnũ in Tharſo urbe, ut ſuperarit Athenięſe & Alexandrinũ, licet ſolum indigenę & non multi peregrini illuc aduenerint. *Pontus* Pontus, unde Strabo oriundus fuit, habet planiciem ſemper roſcidam & herbidam. Tantam præterea agreſtium pomorum & ultro naſcentium copiã regio affert, uuarum, prunorum, malorum, ac nucum, ut quocunꝗ anni tempore in ſyluas exierint, ijs abundent, cum interdum adhuc fructus in arboribus pendeant, interdum lapſa in terram ſub folijs iaceant. Vnde & multa eſt ferarum omnis generis in ea regione uenatio, propter alimonię copiam. *Cyprus* Cyprus inſula abũdat uino, ſaccharo, ſale & oleo, frumenti quoque ſatis habet: ęris metalla apud Tenaſſum abundant, in quibus uitreolum & rubigo ęris naſcitur, ad medicinę uſum idonea. *Regia urbs* Regia ſedes fuit in Nicoſia, à qua octo Germanicis miliaribus diſtat Famaguſcha alia inſignis urbs. Veneti hodie dominio eius potiuntur. Nam cum Iacobus regis Cypri illegitimus filius pro firmitate regni ſeruandi duxiſſet uxorem filiam cuiuſdam ciuis Veneti, quam ſenatus in filiam adoptauerat, moreretur'que poſt eius impregnationem, commendauit uxorem & filium Poſthumum Veneto ſenatui. Et cum Poſthumus haud multo pòſt moreretur, regnũ peruenit ad manus Venetorum, quod tamen debebatur Ludouico Sabaudięſi, cuius uxor erat legitima filia regis Cyprij. Contigerũt autem iſta anno Chriſti 1473. *Cyclades inſula* Cyclades inſulę numero ſunt quinquaginta tres, ſic dictę, quod in modũ cycli circum Delon inſulam poſitæ ſunt, inter quas una eſt quæ Poſidium & alio nomine Pathmos uocatur, in quã Iohannes Euãgeliſta in exiliũ miſſus eſt. Eſt & alia inſignis quæ Leſbos uocatur, in qua eſt Mitilene ciuitas. In Lycia mõs eſt Chymera, qui nocturnis æſtibus fumũ exhalat, ſicut Aetna in Sicilia. Ga

Galatia latia à Gallis ſic eſt denominata. Hi cũ
eſſent nimis multiplicati, receſſerunt è
Gallia ad quęrẽdas nouas ſedes, uenię̃
teſq; ad Gręciã à rege Bithynię in ſub
ſidiũ ſuſcepti cõtra hoſtes, nactaq; ui/
ctoria, dedit eis partẽ regni ſui quæ uo
cata eſt Gallogræcia, deinde Galatia.

Armenia.

ARmenia à Cappadocia uſq; ad
mare Caſpiũ patet, habetq; mõ
tes altiſſimos & ſemper niuales. Vnde
qui iter faciunt uerſus Iberiam & Col/
chidem, dicuntur in ſummis montium
cacuminibus ſæpe niue obrui. Qua/
propter ferunt ſecum baculos contra
eiuſmodi pericula, quos in ſummã ni/
uem reſpirãdi gratia exerant, & ut eo
ſigno auxilium ab aduentantibus cõ/
ſequantur: quapropter ſæpe effoſſi ſer
uantur. Sunt etiam in hac regione ma/
gni quidam lacus, per quorũ unum la/
Tigris fluuius bitur Tigris, ſed propter celeritatẽ ſu/
am undam impermixtam ſeruat, unde
& nomen habet. Nam Medi ſagittam
tigrim uocãt. Hic fluuius in montibus
Armenię modicis incremẽtis naſcitur
deinde interiecto aliquo ſpacio ſub ter
ras mergitur, atq; poſt aliquod ſpaciũ
grande flumen iam emergit. Tantaq;
uiolentia mouetur, ut & lapides ſecũ
trahat, & uno die tantum itineris pera
gat quam uir uelox poſſet per ſeptem
currere. In montibus Armeniæ arca di
luuij quieuiſſe memoratur in ſcriptu/
ra ſacra.

Syria.

SYria uniuerſa omni ubertate eſt re
ferta, ad alenda pecora paſcuis &
frugibus plena. Vnde multi ex diuer/
ſis regionibus potentia & diuitijs pol
lẽtes eum locum ſibi ad habitandũ ele
gerunt, ciuitateſq; & oppida ſibi cõdi
Phœnicia derunt. Qui ad mare diuerterũt, Phœ
nices appellati ſunt, primi qui mercan
di uſum excitarũt, & qui cœli & ſtella/
rum curſum, omniumq; ſuperiorũ mo
tũ ingenij magnitudine inuenerũt. Hi
tenẽt Ioppẽ & Gazã. Poſt hos ſunt Si
donij, multarũ atq; optimarũ artiũ ma
giſtri, ubi aſtronomia & arithmetica
initium habuerũt, ob computationem
& nocturnam nauigationem. In Syria
eſt urbs quædam Alexãdria in colle ſi/
ta, in teſtimoniũ uictoriæ quo Alexan
der Darium in illo loco profligauit.
Eſt tamen Syriæ urbs prima & præci/
pua Damaſcus, qua uetuſtior in tota *Damaſcus*
Aſia uix eſt, cum fuerit extructa ante
Abrahæ tempora. Hęc diſtat à Hieru/
ſalẽ itinere ſex dierũ, ubi ſanctus Pau/
lus baptiſmum ſuſcepit, & prope eam
in terram proſtratus fuit luce cœleſti,
dum perſequeretur Chriſtianos. Ty/ *Tyrus*
rus urbs olim Phœnicis maxima, Si/
doniorum colonia, negociatio maris,
emporiũ totius orbis, olim quidem in
ſula, ſed à Nabuchodonoſor, hoc eſt,
Alexandro Magno propter expugna
tionẽ multis in breui freto cõportatis
aggeribus, terra cõtinẽs facta eſt. Hæc
urbs tam munita erat, ut nulla moles fi
eri putareť in littore pro acceſſu. Nam
per Africũ procellæ illidebantur in lit
tus, ut ſuperarent omnem molem ſuo
reflexu. Cęterũ præaltum mare ſic am
biebat turres & murum, ut nullæ ſcalę
applicari poſſent. Alexãder uero fecit
duos aggeres ex arboribus ramatis, in
iectis lapidibus & terra, ſed ſæuum ma
re omnia dirupit. Deinde copulauit na
ues, quę & ipſæ diruptæ ſunt, ſubmer/
ſis multis in eis. Tertio omnes adhibu
it uires & nouũ fecit aggerẽ, multipli/
cauitq; naues donec mœnia obtinuit.
Capta eſt autem urbs ſeptimo menſe
poſtquam oppugnata eſt, & interfecti
ſunt in ea ſex milia hominũ, atq; duo
milia crucibus ſuſpenſi. Eſt in Sy/
ria quoq; Paleſtina, quæ habet Sama/ *Paleſtina*
riam, Iudeam, Galilęam & Idumęam,
quæ ſcilicet eſt contermina à meridie
Arabię. In Phœnicia eſt mõs perccle/
bris Libanus, & item Antilibanus, un
de duo proruunt fluuioli Dan & Ior,
qui poſt aliquod ſpacium coeũtes Ior
danem faciunt. Iordanis autem efficit *Iordanis*
lacum Samachonitem, mare Galilææ
& mare mortuũ, eſtq; terminus Iudææ
orientalis ſicut mare mediterraneũ ter
minus eſt occidentalis.

Terra

Terra ſancta.

IVdæa quæ & terra promiſſionis, ar
cta quidem eſt ſed longa. Nam ini-
tium ſumit à Libano, extẽditurq́ inter
Iordanem & mare mediterraneũ uſq;
ad mõtana Idumæorum, Montoſa eſt
atq; circunſepta à tergo inſtar paradiſi
Arabicis montibus & deſertis. Hanc
terram biblici libri Chananæam appel
lant, & eſt uariarum opum diues, ferti
lis frugibus, aquis illuſtris, & opima
balſamo, in medio orbis conſtituta, ut
nec nimio frigore rigeat, nec calore
torreatur. Ob quã elemẽtorũ gratiam,
Hebræorum gens æſtimauerunt eam
melle & lacte manantem, apud quam
ſolã à prima hominis formatione, ue-
ri dei cognitio, cultus & idioma primũ
Libanus permanſit. Mons Libanus in ea ſitus
miræ eſt altitudinis, atq; ob id cacumẽ
eius raro eſt ſine niuibus, ut etiam æſti
uo tempore Tyrη hinc niuem pro refri
gerando uino petant. Infra oppidũ Ie-
Mare mortuũ richo Iordanis mergitur in mare mor-
tuum, nec inuenitur habere exitum ali
quem. Vocatur enim mare illud lacus
Sodomiticus propter Sodomã et alias
urbes illic olim igne cœleſti exuſtas.
Vocatur mare mortuũ, propter aquæ
immobilitatem. Nam neq; uẽtis moue
tur, reſiſtẽte turbinibus bitumine, quo
aqua omnis ſtagnatur, neq; nauigatio
nis patiẽs eſt, nec aliquid in eo uiuere
poteſt. Strabo q ignorauit cauſam hu-
ius exuſtæ terræ, ſcribit de lacu Sodo-
mitico in hũc modũ. Lacus iſte plenus
eſt bitumine, quod è medio fundo tem
Aſphaltus poribus inordinatis cũ bullis quaſi fer
uentis aquę efflatur. Fumoſus & aſpe-
ctu ater, æri, argento & nitidis omni-
bus rubiginẽ inducit. Bitumen eſt ter-
rę gleba, quę à calore liquefacta efflat
atq; diffunditur, rurſusq; in glaciẽ for
tiſſimam ab aqua frigida immutatur.
Ignis autẽ & bituminis fons in medio
eſt, quãquam flatio ſit inordinata. Re
gionẽ etiã igneã eſſe aiũt. Nam & pe-
tras exuſtas oſtendunt, & multis in lo
cis prærupta & terrã cinerulentã & pi
cis guttas ex petris diſtillãtes & flumi-
na fœtido odore efferuentia. Ab indi-
genis dicitur, quod in hoc loco trede-
cim urbes olim habitatę fuerint, quarũ
metropolis Sodoma fuerit, & quod ex
terræ motibus & ignis afflatu & aquis
calidis & bituminoſis & ſulfureis, la-
cus eruperit, & q petræ igniferæ factę
ſint, & urbiũ aliquæ abſorptæ aliæ ab
habitatoribus derelictæ. Hæc Strabo.
Si legiſſet decimumnonũ caput Gene
ſeos, certiora de hoc lacu et circũiacen
te regione ſcribere potuiſſe. Inter hũc
lacum & mare mediterraneũ, ſitum hã
bet urbs Ieruſalem toto orbe memora *Ieruſalem*
bilis, & quæ nulli alteri comparari po-
teſt, ſi uel felicitatem uel infortunium
attẽderis. Nam ante multa milia anno
rum habitatio fuit credẽtium in deum,
& nouiſſime prophetę prẹſagierũt, ex
ea orituram ſalutem & diffundendam
per uniuerſum mundum, id quod & fa
ctum ſcimus atque firmiter credimus.
Rurſum quanta mala hæc urbs ante
Chriſti incarnationem perpeſſa fuerit
propter inhabitantium peccata, nemo
ignorat, qui ſaltem libros Regũ legit.
Hi enim oſtendunt, quod cum habita-
tores eius nullis prophetarum oracu-
lis in legis diuinæ obſeruantia cõtineri
potuiſſent, non defuiſſe flagellum dei.
Aduocatus enim rex Babyloniorum,
omnes Hieroſolymitanos in captiui-
tatem duxit, urbẽ & templum cõbuſ-
ſit, &c. Sed & quam ſæpe euerſa fuerit
poſt Chriſti crucifixionem, iam breui
bus indicabo. Anno natiuitatis Chri-
ſti 73. Ieruſalẽ à Tito capiẽ & ſubuer- *Ieruſalem de-*
tiẽ, fame et gladio multis millibus ho- *ſtruitur*
minũ occiſis, & multis millibus capti-
uatis. Anno Chriſti 136. Elius Adria-
nus Alexãdriam & Ieroſolymã dudũ
ſubuerſas reſtaurauit, & Ieruſalem no
mine ſuo Eliam appellauit. Tempore
Hẽrici quarti Saraceni & Sultani Iero
ſolymam capiũt, domini tamen ſepul
chrũ quæſtus gratia intemeratum reli-
querũt, et tẽplum domini famoſiſſimũ
ſacrilegæ religioni reſeruarũt, tantaq;
apud illos habitum fuit uenerationi, ut
nunquam illud niſi nudis & lotis at-
que mundis pedibus intrarent: nullum

uero Chriſtianorũ quos immundos iu
dicabãt,uel intra atriũ ingredi permit/
terẽt. Cõcilio igit̃ ex Gallis & Hiſpa
nis per papã facto, anno domini 1097.
deſignata ſunt in domini militiam cir
Expeditio in citer centũ millia uirorũ ex Aquitania,
terram ſanctã Nortmannia, Anglia, Scotia, Hyber/
nia, Britãnia, Galicia, Gaſconia, Gal/
lia, Flandria & Lotharingia, crucis ſi/
gnaculum in ueſtibus preferentes. Ho
rum duces fuerunt Gotfridus Lotha/
ringẽſis cũ ſuis fratribus Baldeuuino
& Euſtathio, Ruperto Flãdrenſi, Ru/
perto Nortmannico, & Hugone fra/
tre Philippi regis Galliæ. Fama hu/
ius ꝓfectionis increbreſcẽte, undecun
que accurrebant homines, & quotti/
die augebatur numerus. Tranſeuntes
itaque per Germaniam & Vngariam,
diuerſis itinerũ difficultatibus Bulga/
riam permeant & ueniunt Conſtanti/
nopolim ad imperatorẽ eius urbis Ale
xium. Motis deinde caſtris primũ ex/
pugnant Nicæam, fugantq́ꝫ Soliman/
num principẽ Paganorũ. Deinde no/
uem mẽſibus Antiochiã obſidẽt, urbẽ
humanis uiribus inexpugnabilem, ſed
Chriſti beneficio tradita eſt eis in ma/
nus. Mox Syriã ingreſſi aliquot oppi/
da occupant, & feſtinantes, ad Ieruſa/
lem, illam occupauerunt, effuſo multo
Saracenorum ſanguine Obtenta itaqꝫ
iterum terra ſancta, magna multitudo
ad patriam remeare contendit, cæteri
qui manſerunt terram incoluerũt. Got
fridus itaqꝫ Chriſticolis ut pater pręfu
it per unum annum, immatura morte
Balduinus rex ſubtractus. Cui ſucceſſit Baldeuuinus
frater eius creatus in regẽ. Cũq́ꝫ Chri
ſtiani tenuiſſent terram ſanctam 88. an
nis, uenit Saladinus rex Perſarum &
cepit Ieruſalem, factaq́ꝫ eſt magna cæ/
des Chriſtianorũ, & tota terra Sarace/
nis ſubacta eſt præter Tyrum, quæ cin
cta eſt mari. Ad cuius famam mox un/
dique principes, marchiones, comites,
epiſcopi, reges & populi ſurgunt ad li
berandum terrã. Sed & imperator ipſe
Fridericus primus cum prædictis prin
cipibus pergens, & ueniens in Arme/
niam, deſcendit in fluuium lauãdi gra
tia, arreptusq́ꝫ ab aqua ſubmerſus eſt
magna conſternatione exercitus Chri
ſtianorum. Recuperata eſt tũc Cyprus
inſula, Acon ciuitas, Ioppe & Ieruſa/
lem. Deinde anno Chriſti 1217. Sarace
ni rurſus expugnauerũt Ieruſalẽ. An/
no domini 1229. Ieruſalem cum adia/
centibus locis Chriſtianis reſtituitur,
& fiũt treugę inter Chriſtianos & Sul
tanos per decẽ annos. Item anno Chri
ſti 1248. Ieruſalẽ rurſum ab infidelibus
occupatur & trucidãtur Chriſtiani, &
poſtea anno 1290. amiſerunt Chriſtia
ni ferè totam terram ſanctam, mãſitq́ꝫ
ſub Sultano uſqꝫ ad tẽpora noſtra, ubi
Turca Paleſtinam & Aegyptũ occu/
pauit, profligato Sultano.

Arabia.

TRiplex eſt Arabia, Petrea, Deſer
ta et Felix. Deſerta occupat here
mum miræ magnitudinis, ubi nihil ni/
ſi ſerpentes & beſtię immanes moran
tur. Arabia Petrea ſic uocatur à regia
eius Petra, terminatq́ꝫ ab occaſu par/
te Aegypti, à ſeptẽtrione Paleſtina, ab
Oriẽte Arabia deſerta & à meridie ſi
nu Arabico & felici Arabia. Habitat
autem in ea magna pars Saracenorũ,
fert'que balſamum in quadam conual
le. At tertia Arabia, quæ propter fertili *Arabia felix*
tatem & fructuum copiam felix nomi
natur, producit calamum, myrrham,
thus, & caſiam, cinnamomum, ligna
odorifera, & reſinam ſuauiſſimi odo/
ris, ut etiam mira fragrantia ex illa re/
gione ſpiret ad eos qui in mare à lon/
ge adueniunt. Qui uero intra regio/
nem degunt, propter nimiam ac into/
lerabilem rerũ fragrantiã, ſtuporem in
ſenſibus percipiunt, ut cogãtur etiam
illam leuare bituminis ſuffitu & hirci
barba. Apud Arabes naſci perhibe/
tur auis Fenix, & hæc habet magnitu/ *Fenix auis*
dinẽ Aquilæ, habet caput plumis one/
ratum, fauces criſtatas: eſt circa collum
fulgore aureo, poſtera autem parte co
lore purpureo abſqꝫ cauda, & illis ro/
ſeis pennis inſcribitur ceruleus nitor.
Probatum etiam eſt, auem illam dura/

re annis

te annis 540. Seneſcens autẽ ex caſia, thuris lachrymis & ſurculis nidũ ſibi & rogum cõſtruit, hiſq́ ſuccenſis comburit & ipſa ut uiuat. Ex oſſibus namque & pinguedine naſcitur primo ceu quidam uermiculus, & inde fit pullus atq́ plumata auis.

Da *Mahumeto*

MAhumetus Arabs aut ſecundũ alios Perſa natus nobile parente ſed idololatra, matre uero Hebraicæ gẽtis, duxit diuitẽ uxorẽ, aſſeruitq́ ſe prophetam eſſe à deo miſſum, ut legemque à Iudæis data erat, et quę Chriſtianis, temperaret. Nimis enim rigidas eas prædicabat. Et cum nequam ille morbũ haberet caducũ, affirmabat Gabrielem angelum ſecũ loqui, cuius ſplendorem ferre non poſſet, ſed cadere cogeretur in terrã. Hic multos Aſiæ & Africæ populos cõmouit, quos noua religione imbuẽs, Saracenos ex dei præcepto uocari dicebat à Sara legitima, quaſi legitimos diuinæ promiſſionis ſucceſſores. Vſus eſt conſilio nefario Sergij monachi, ordinauitq́ multos fieri flexiones, & meridiem uerſus adorandũ, unum deum non trinum colendum, ſe non deum ſed dei eximium prophetam habendum, omnes carnes edendas præter porcinas, morticina & ſanguinem, quatuor legitimas uxores ducendas ab omnibus qui uellent. Paradiſum carnalis cibi ac potus locum, & indulgẽdis mulieribus perhibebat, aliaq́ multa ſtulta docebat, quæ cum ſtultis credibilia uiderentur, facile regionis illius obtinuit principatũ. Deinde coacto exercitu Damaſcũ cepit, Phœnicen & Aegyptũ occupauit atque Perſiã, ſerpuitq́ perfidia eius per uniuerſum mundũ, ut hodie Afri, Marani, Aegyptij, Tartari, Turcæ, Sultani, Saraceni, & ferè omnes orientales populi dogma eius peruerſum acceptauerint. Anno Chriſti 632. Saraceni ademerunt Perſis imperium, conſtitueruntque imperij ſedem in urbe Valdacha, (alij uocãt Balthach) quæ olim Babylon fuit ad Eufratem ſita. Manſitq́ regnum eorum incolume 418. annis. Deinde Turci ſunt rerum potiti, quorum imperiũ cœpit anno ſalutis 1051. Tartari deinde, gens Scythica, Turcorum opes afflixerunt, ſuntq́ Aſiæ imperium adepti anno 1294. Tamor ſextus eius gentis imperator, in Cathaya no regno ſibi ſedem fixit.

Saraceni

Valdach

De *Tartaris.*

TArtari ad Cathayum uſque celebrem in extremo Oceano ad orientem ciuitatem, latiſſimas tenent ſolitudines. A ſeptentrione uerſus Hyrcanum mare habitãt Zagathai Tartarorum nobiliſſimi, incoluntq́ oppida lapide conſtructa & habent regiam Samarcãdam eximiæ magnitudinis, quã Iaxartes maximus Sogdianæ amnis interfluit, atq́ inde in Caſpium mare effunditur. Dicuntur aũt Tartari à Tartar fluuio, qui regionem ipſorum Mongal percurrit. Eſt regio eorũ plurimũ montoſa & ſterilis, niſi aquis fluuialibus irrigetur, unde & multum deſerta eſt. Lignis in pleriſq; locis adeò inops, ut arido boum & equorũ ſtercore incolę ipſi ignes fouere cogãtur. Aër & cœlum intemperatum, tonitrua & fulgura in æſtate horrenda, iam calor magnus eſt, mox frigus, & denſiſſimæ niues cadũt. Fuit ab initio ferus gentis illius cultus, ſine moribus, ſine lege, pecorum paſtores. Finitimis tributũ pendebant, donec proprium creauerũt regẽ. Tunc finitimos Scythas bello ſubegerunt & uectigales fecerunt. Inde remotiores populos aggreſſi tã proſpere, ut in breui armis ſuis omnia regna, gentes & nationes ſubegerint à Scythia uſq; ad ſolis ortum, & ab ortu ſolis uſq; ad mediterraneum mare, ut merito rex eorũ iam ſe totius Orientis dominum & imperatorem ſcribat. Sunt autem Tartari omniũ hominum deformiſſimi corpore, leues & agiles, boni equites et mali pedites. Sermone horrido ſunt & clamoroſo, cantantesq́ luporum more ululant. Non in uillis aut urbibus ſed in campo ueterum Scytharum ritu ſub tabernaculis habitãt.

Tartarorũ regio

Mores

Cham

Cham regem & dominum ſuum filium dei exiſtimātes religioſe adorant, & tantum illi tribuunt, ut digniorem in mundo non eſſe credant. Cæteros homines adeò hęc gens contemnit, ut *Auaritia* alloqui faſtidiat. Tantæ auaritiæ ſunt, ut ubi quiſpiam aliquid uiderit quod habere deſiderat, ſi illo potiri cum uoluntate poſſeſſoris nequeat, dummodo Tartari nō ſit, ui rapit, ex præcepto & inſtituto regum licere arbitrantes. Victus eorum immūdiſſimi ſunt, nam menſas non operiunt mantilibus, nec manutergijs utuntur, manus non lauant, nec corpus, nec ueſtimenta: panem non edunt, non olera, nō legumina, ſed tantummodo omnium animantium carnes, canum etiam & cattorū, equorum, & grandiuſculorum muri- *Immundicia* um. Captorum inimicorum corpora aſſant & dentibus luporum inſtar dilaniant, & ſanguinem eorum prius collectū crateris infuſum epotant. Lac iumētinum alias ipſis potus eſt. Nullum animal ex nimia tenacitate comedunt integrum & ſanum, ſed quando mutilatū fuerit, cœperitq́ iam aut ſenectute aut aliqua alia pernicie langueſcere, &c.

Meſopotamia.

CElebratur hæc regio in ſacris literis habitatione & cognatione Abrahami, uocaturq́ue in hebraiſmo אֲרַם נַהֲרַיִם, id eſt, Syria fluuiorum, quam Græci uocant Meſopotamiam, id eſt, regionem ſitā in medio fluuiorū, Eufratis ſcilicet & Tigris. Fert autem ad paſcenda pecora, lætiſſima paſcua, quippe quā Eufrates impinguat, annuæ inundationis exceſſibus terris ſuperfuſus. Fert quæ ſemper uirent, & aroma. Alit quoq́ leones.

Aſſyria.

MEtropolis Aſſyrię olim fuit Babylon, quæ poſtea Seleucia di- *Babylon urbs* cta eſt, cuius urbis muri ambitus, quū in flore eſſet, habuit 385. ſtadia, craſſitudo eius fuit 32. pedum, altitudo 50. cubitorum, turres 60. uia ſuper mœnia tam lata, ut quadrigæ occurrentes facile pertranſire poſſent. Eufrates mediam urbē interluit. Xerxes eam diruit. Seleucus uero ſucceſſor Alexādri Se- *Seleucia* leuciam ad Tigrim condidit, ad ſtadia trecēta Babyloni proxima, eam regni caput conſtituens, quæ & mox maior effecta eſt quàm Babylon. Eſt etiā habitatio quædā in Babylonia, deputata pro his qui uerſantur circa philoſophiam, appellatūq́ Chaldæa. Vnde Chaldæi Aſſyriorum ſunt magi ad deorum cultum inſtituti, qui ſcilicet diuturna obſeruatione ſyderum, ſcientiam putantur aſſequuti, ut prædicere poſſint, quid cui euenturum. In Aſſyria raro pluit, ſed fluminis irrigatione & accolarum labore magna frumēti ubertas paratur. Palmis ueſcuntur, ex quibus mel & uinum conficiunt. Primum regnum in Babylonia occupauit Nimbrotus pater Beli & auus Nini. Ninus autem primus cœpit arma inferre & ſubiugare ſibi alia loca et confundere aureum ſeculum, quod antè fuit. Durauitq́ monarchia illa 1234. annis. Dein- *Monarchia* de fuit bipartita illa monarchia, ex uno in Babyloniam, ex alio in mediā & Perſas, manſitq́ illa diuiſio annis 304. Deinde ſub Cyro & Dario reunita fuit monarchia, durauitq́ annis 191. uſque ad Alexandrum Magnū, qui tranſtulit imperium in Græcos, ubi manſit annis 495.

Perſia

FVerūt olim Perſę gens bellica & quæ diu in oriente rerum eſt potita, nunc armis deſueta ueteri gloria excidit. Vallatur autem Perſarum regio altiſſimis montibus, habens à tergo Caucaſum montem qui pertingit uſque ad mare rubrum. Porrò planicies ſub radicibus montium ſpacioſa eſt & fertilis, multisq́ue uicis & urbibus frequens. Araxes fluuius per hos fluit *Araxes* campos, & quicquid alluit, floribus ueſtit. Platani quoque & populi contegunt ripas. Temperatum habet cœlum, nec eſt regio alia in tota Aſia ſalubrior

Perſepolis

brior. Perſepolis regiõis eſt metropolis & totius orientalis imperij olim caput, in quam à multis regibus immenſa gaza congeſta erat. At ab Alexandrò Magno capta eſt & direpra, atque immenſi theſauri auri & argenti in ea reperti. Deinde urbem illam regiam, tot regum altricem, totius orientis imperatricem, Græciæ & cæterarum gentium terrorem, flammis incẽdit. Tempore natiuitatis Chriſti fuit imperium Perſicum ſub Romanis, ſed poſtea deficientes ab eis, potiti ſunt aliquot annis rerum, donec anno Chriſti 632, Saraceni ademerunt imperium, ſedem imperij facientes Valdacham urbem, quæ olim fuit Babylon.

Media.

VTuntur habitatores Mediæ, Perſiæ, Ariæ, Bactriæ, & Sogdianæ quaſi una lingua. Regio Medorum uerſus ſeptentrionem ſterilis eſſe dicitur. Nam faciunt ex toſtis amygdalis panem, & ex herbarum radicibus uinum conficiunt. Ferinis carnibus plurimum uictitant. Ecbatana caput eſt regionis.

Ecbatana

Parthia.

HAec regio nemoroſa eſt & montana, inops frugum. Gens ipſa primum fuit obſcura, poſtea Macedonibus ſeruiuit, ſed procedente tempore tantum in uirtute creuerunt, ut non tantum finitimis imperarent, ſed à Romanis bello petiti, eos magnis cladibus uicerint. Poſt defectionem Macedonici imperij ſub regibus fuit, qui Arſaces ab Arſace primo rege dicebantur. Sermo his eſt mixtus ex Scythico Medoq́;.

Hyrcania.

HYrcania dicta à ſylua Hyrcana, quę Scythię ſubiacet. Eſt autem ſyluis aſpera, copioſa immanibus feris, tigridibus, pantheribus'que & pardis. Eſt in ea uberrimum gignendis uuis ſolum. Frequens arbor in ea quercus, cuius folia ante ortum ſolis multo melle tinguntur, ſed orto ſole modico tempore ſuccus extinguitur. Huic regioni uicina fuit Amazonum gens, cuius regina Thaleſtris, quæ uiſendi Alexandri cupiditate accenſa, uenit ad eum, cum Hyrcaniam, quæ fuerat Darij regis Perſarum, expugnaſſet, cum trecentis mulieribus. Et cum quæreretur an aliquid uellet petere à rege, reſpondit ſe eo conſilio ueniſſe, ut ex eius congreſſu conciperet, ſi ſe non indignam exiſtimaret. Abſumpti ſunt inde aliquot dies, in obſequij deſiderium.

Mel in arboribus

Bactriana

BActriani ſunt gentes horridis ingenijs, horrentes à luxu Perſarũ, bellicoſæ & rapto uiuere aſſuetæ. Habet hęc regio in aliquibus locis arbores & uites & mites fructus, & crebris rigatur fontibus. Deinde magnã partem ſteriles tenent arenæ. Et cum uenti à mari ſpirant, omnia itineris ueſtigia intereunt, ut qui campos tranſeunt nauigãtium more noctu ſydera obſeruent, ad quorum curſum iter dirigunt in ipſa terra, ut interdiu inuia ſit ipſa regio, quia tunc nullum inuenitur ueſtigium, & nitor ſyderum abſcõditur caligine. Quod ſi aliquos ille uentus qui à mari exoritur, deprehendit, arena obruit. Sed ubi mitior eſt terra ingens hominum equorumq́; eſt multitudo. Cõtigit olim, ut Alexandri Magni milites crudis in ea terra carnibus uesci coacti ſint lignorum inopia. Habẽt Bactri camelos multos, oneri ferendo accommodatos. Tolerant hęc animalia ſitim in quatriduum, & cum occaſio bibendi data eſt, reſartiunt omnia præterita deſideria. Turbulentas aquas captant, & puras refugiunt.

Arenoſa terra

Lignorum inopia

Camelus

India.

INdia orĩetalis Aſię terminus, tam uaſta perhibetur, ut eam tertiã omnium terrarum partem tradant. Appellationem accepit à flumine Indo, qui

occidentalis

occidētalis eius eſt terminus. A ſeptētrione uſq; ad montē Caucaſum peruenit. Gentes habet multas & oppidis adeò eſt exculta, ut quidam in ea 5000. fuiſſe dicant. Fluuios memorabiles, Gangem, Indum & Hypanum habet, ſed omnium maximus Ganges, quippe in quem multi fluunt amnes. Latitudo eius dicitur eſſe 30. ſtadiorū. Hic fluuius alit crocodilos, delphines, & alias beluas. Terra Indiæ ſaluberrima, bis in anno metit fruges. Fert Cinnamomum, piper & calamum aromaticum. Ebenum arborem ſola producit, pſitacū auem, monoceron beſtiam. Excellit pulchritudine cæteras mundi partes, diſtincta multis, quę eam rigãt, fluminibus. Eſt in ea incredibilis elephantorum numerus, & magna copia auri, argenti, ferri, æris & lapidum preciosorum. India interior habet ſyluas ſpacioſiſſimas, proceræ altitudinis arbores, & umbroſas, leuantes æſtum ſolis: aquas largas manãtes fontibus. Eſt quoque in ea magna uis ſerpentium, ſquamis fulgorē auri reddētium. Nec eſt uirus magis noxium, quia morſum præſens mors ſequitur, niſi mox remedium adhibeatur incolis notum. Legimus monoculos quoque in India eſſe. Quoſdã etiam tam inſigniter auritos: ut aures ad pedes defluant, atque in alterutram earum decubent, quarum duricie arbores conuellant. Quoſdam etiam ſingulis pedibus & adeo latis, ut ubi ſe defendi à calore uelint, reſupinati his totaliter inumbrentur. Sunt qui ceruicibus carent, & in humeris habēt oculos. Sed hęc & ſimilia partius ſunt referenda, quæ de India memorantur, quoniam magna opus eſt fide ut prouerís recipiantur, quum ne his quidem quę penè oculis ſunt admota fides niſi grauate adhibeatur. In Caucaſo Indiæ monte, ea fronte qua ſoli obuerſus eſt, creſcunt arbores piperis, quas ad iunipeti ſimilitudinem fructus ſuos ædere ſcriptores tradunt. Inter Indos Bragmanna gens fuit, quæ pura & ſimplici uita uiuit, nullis rerum illecebris capitur, nil appetit amplius quàm ratio naturæ flagitat. Facilis huic alimonia, nō quam luxuriæ ſagacitas per omnia elementa perquirit, ſed quam tellus ferro inuiolata producit. Hinc eſt quod genera morborum nec nomina numerat diuerſa, ſed diuturna ſalute perfruitr. Vna genti lex eſt, Contra ius non ire naturę. Sole caleſcit, rore humectatur, ſitim riuo frãgit, thorum miniſtrat humus, ſomnum ſollicitudo non rumpit. In extruendis domibus igne ſaxa nō ſoluit: quin potius in defoſſis telluris ſpeluncis aut concauis montium latebris habitat, nullos ibi uentorum fremitus, nullius turbinis tempeſtatē formidat. Tutius ſe ab himbre defendere ſpeluncam arbitratur quàm tegulam, cuius geminus eſt uſus, dum uiuit manſionis, ſepulturæ quando moritur. Nullus ibi precioſus amictus, ſed membra papyri tegmine uelãtur. Fœminæ non ornantur ut placeant, nec ſciunt plus affectare pulchritudinem quàm nactæ ſunt. Ad concubitum non admonet libido, ſed ſobolis amor. Nemo extruit inſtar templorū ſepulchra defunctis, nec in gemmatis urnis funera combuſta recondit. Peſtem aut alios corporis morbos Bragmanni non patiũtur. quia fœdis actibus cœlum non temerant, ſed ſemel apud eos tenet natura cum temporibus concordiam. Medicinæ remedium parſimonia eſt, quæ non ſolum illapſos poteſt curare dolores, ſed etiam procurare ne ueniant. Quoniam Indorū gentes multæ ſunt, diuerſę er forma & lingua propter latiſſimū regionis tractum, non eiſdem omnes uiuunt moribus. Eorum qui auroram ſpectant, alij rei pecuariæ dediti ſunt, alij nō. Alij in paluſtribus fluminibus habitantes, crudis ueſcuntur piſcibus, alij ſunt pecuarij, qui crudis ueſcuntur carnibus. Sunt alij qui nullum interficiunt animans, nec ſerunt, nec domos parãt, ſed habent ſemen quoddam inſtar milij ſua ſponte creſcēs è terra, q; cum ipſo follieulo lectum coquunt, eduntq;.

Ganges

Serpentes

Monſtra

Piper

Bragmanni

Mores

Parſimonia

Taprobana.

TAprobana inſula, quã hodie Sumatram uocant, habet homines corpore cæteris grandiores, rutulis comis, ceruleis oculis, truciores ſoni, nullo linguæ commertio genti alteri ſociantur. Aeras illius prolixa, ut mature pereat, qui centenarius moritur. Eius pars, ut Solinus inquit, beſtijs & elephantibus repleta eſt. Ibi mare adeò altum, ut nullæ anchoræ ad ima poſſint
Margaritæ peruenire. Margaritas legũt plurimas & maximus ex conchis in quibus inueniuntur. Cetæ ibi inueniuntur paſſim per littora uagãtes, quæ in mari rubro primum educatæ illuc ſe ingerunt. Animalia ſunt monſtroſa & tantę magnitudinis, ut colles quidã littoribus *Beluæ marinæ*
aduecti uideantur, quorũ dorſum longo ſpinarum tractu exaſperatur. Infeſtiſſima ſunt ambulantibus in littore, ut nemo facile ex eorum faucibus effugere poſſit, ſi uiſus ab eis fuerit. Habẽt tantos hiatus, ut ſæpe nauem cum hominibus deglutierint.

FINIS.

Digitized by Google